



**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

31. De officio iudicis ordinarij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](#)

Andr. Anania, Butr. Henric. Imola, Bald. Panorm. Innoc. Host. Barbat. Guid. Papæ, Xim. Toletanus in concordantia uirilisque iuris cum legibus Castella, p. i. Viu. in ratione primi libri iur. Pontif. pag. 416. Alagona in compendio Canon. pag. 151.

2 *Qui de ipius Latere non mittuntur.]* Ergo Legatus de Latere potest absoluere ab excommunicatione, quam quis contraxit eo quod violenta manus in clericum iniecerit, ut per Jacob. de Graffis in *aureis decisionibus*, lib. 2. c. 49 n. 8. Azor. *in fit. moral.* p. 2. lib. 5. c. 32. q. 6. vbi amplia, etiam si atrox sit iniuria, vel laesio enormis.

3 *Et qui Ecclesiæ suarum, &c.]* Notatur ad hoc quod condemnare qui potest, non potest absoluere si diuersa subtil ratio inter potestatem condemnandi, & potestatem absoluendi, ut per Menoch. *de arbitrio lib. 1. q. 43. n. 16.*

4 *In gloff. Commissam, ibi, Sed quos dicemus de Latere Domini Papa missos, &c.]* Notatur ad hoc quod solum Cardinales Legati sunt à Latere, ut per Specul. *de Legat. §. sequitur*, n. 1. & 2. Boët. *de potest. Legati à Latere*, n. 12. Gom. *ad reg. Cancel. de infirmis resign.* q. 1. post prim. Azor. *lib. 5. c. 7. q. 2.* Erasmus Cochier. *de iuris Ordin. in exemptions*, p. 2. q. 2. n. 5. vbi n. 6. cum Roch. tr. *de consuetud. n. 32*; resoluti concessionem factam Cardinalibus Legatis à Latere non extendi ad alios Legatos de Latere non Cardinales, quippe quod aliquoties sum. Pont. mittit inferiorem, adiecta in eius facultatibus hac clausula, cum potestate Legati à Latere, quæ de stylo Curia Rom. consuenerit adiici mandatis Legatorum, qui simbriam vestimenti Papæ terigerunt, seu qui ab eo mandatum viua vocis oraculo receperunt, Specul. d. §. sequitur, in princ. Host. *in summa de Legato, post princ. Gom. d. q. 3.* id quod ita inolevit propter reverentiam sanctæ Sedis, cui meritus honor exhiberi non potest.

5 *In ead. gloff. ibi, Quia ipsi pars corporis Domini Papa dicuntur.* Notatur ad hoc quod Cardinales sunt pars corporis Papæ, ut per Monet. *de decim. c. 9. q. 3. num. 114.* quia corum officium est assistere Papæ, Flamin. *de resign.* lib. 2. q. 1. n. 34. & lib. 7. q. 12. n. 14. & ideo tenetur residere in Curia apud Summum Pont. Flamin. *lib. 1. q. 10. num. 9.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloff. 24. n. 113.* Camill. Borrel. *in summa omnium decis.* tit. 10. n. 8. & non possunt ab ea recedere sine eius licetitia, Flamin. *d. q. 10. n. 27.* Gonzal. *d. gloff. 24. n. 124.*

S V M M A R I V M .

- 1 *Statuta Legati durant etiam legatione finita, finitur tamen sui delegati iurisdictio si citatio non praecedit.*
- 2 *Legati Papa statuta perpetua facere possunt.*
- 3 *Ordinationes factæ ab Episcopo in Synodo diocesana sunt perpetuae.*
- 4 *Citatio partis sufficere ut res definit esse integra.*
- 5 *Legatorum Indulgentia sunt perpetuae.*
- 6 *Legati an & quando possint concedere indulgentias remissive.*

C A P . Nemini. X, & fin.

STATUTA Legati Papa sunt perpetua, & durant in Provincia etiam post suum discessum, & finita legatione. Item si delegati causas, & ante discessum non praecessit citatio, expirat iurisdictio delegati, si praecessit non expirat. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Henric.

Host. Panorm. Imola. Anan. Butr. Bald. Barbar. Guid. Papæ, Viuan. in ratione primi libri iur. Pontif. pag. 417. Alagon. in *compendio iuris Can.* pag. 152. remissive Ximen. in *concord. p. 1. & 2.*

Probat hic text. Legatos Papæ statuta perpetua facere posse, ut per Fr. Emmann. *q. Reg. tom. 2. q. 97. art. 1. vers. circa primam.* Sic etiam edicta seu ordinaciones factæ ab Episcopo in Synodo diocesana sunt perpetuae, & non expirant morte conditoris, glof. verbo, statuto, in c. vii *animarum, de constit. lib. 6.* Zerol. in *præxi Episc. p. 1. verbo, edita, §. 3.* Ego ipse de officio & potestate Episcopi p. 3. alleg. 93. n. 25.

Citatio non praecedit.] Notatur ad hoc quod pars citatio sufficit ut res definit esse integra, ac perpetuari dicatur iurisdictio, ut per Marant. *de ordin. ind. p. 4. dist. 5. an indicium sit ordinarium, vel delegatum,* n. 6. i. Gregor. 21. in fine, tit. 4. p. 3. Dan. Venator in *analyse methodica iuris Ponif.* lib. 1. tit. 30. *Axiom. 3.* post Archidiac. Domin. Prob. Cardin. Abb. Imol. Dec. Calder. Butr. Roman. Bald. Angel. & alios hanc opinionem dicit probabiliorem Sanch. *de matrim. l. 8. dispi. 1. 8. n. 10.* vide quæ dixi ad c. *gratiam*, 20. supra de officio deleg.

In gloff. Statuta. Notatur ad hoc quod Legatorum indulgentiae sunt perpetuae, ut per Angel. verbo, *indulgentia, §. 6.* Silu. *ed. verbo, n. 16.* Coriol. *de casibus reformati, p. 1. sect. 2. art. 8. n. 6.* Paul. *Comit. resp. moral.* lib. 1. q. 107. n. 2. vbi etiam resoluti quod Indulgentiae durant post mortem concedentium, & citat Nau. in *tract. de Indulg. & indulgent. notab. 31. n. 25.* Et Legati an, & quando possint concedere Indulgentias in Provincia sibi commissi, dubium est in quo ad hanc gloff. & text. se remittit Greg. Lop. *gloff. 1. in fin. 1. 45. tit. 4. p. 1.* sed vide Nau. in *c. placuit, n. 164.* de patr. dist. 6. Gambar. *de officio Legati, lib. 8. tit. quid possint Legati circa Indulgentias, nouissime D. Iul. Lauor, in suo tract. de Indulg. & Indulgo, p. 2. c. 11. n. 16.*

De Officio Indicis Ordinarij.

T I T . X X X I .

S V M M A R I V M .

- 1 *Doltores referuntur super hanc rubr. scribentes.*
- 2 *Ordinarij in bac rubr. dicuntur illi omnes, qui licet extra ordinem, id est, contra ius ordinarium deputantur, constituti tamen sunt cum propria, non aliena iurisdictione cui præsent.*
- 3 *Index ordinarij definitur ut sit ille, qui iure sui officij dignitatis, vel magistratus iurisdictioni, seu iuri dicendo præst.*
- 4 *Ordinarij indicis de essentia est quod iurisdictionem suis iure, non alieno beneficio habeat.*
- 5 *Ordinarij indicis dicuntur iurisdictionem habere suos, & sic propriam appellant.*
- 6 *Ordinarius ut dicamus iudex non satis est iurisdictionem habere, sed oportet ita constitutum habere ut eadem iurisdictioni præst.*

VPER hanc rubr. scripserunt Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anania. Panorm. Butr. Zabarel. Barbat. Bald. Dec. Papæ. Alciat. Ioan. de Londris in *breviario sanctorum Canonum*, fol. 165. Guillelm. Durand. in *speculo iuris lib. 4. sub hoc tit.* & in *breviario iuris Can.* fol. 34. Petr. de Rauenna in *compendio iuris Canonico*.

De Officio Iud. Ordin. Tit. XXXI. 263

Canonicus Martin. Mesnart. in epitome Decretalium, fol. 35.
Dan. Venator. in analysi methodi iuris Pontificij, à pag. 101. Peregrin. var lib. 1. Goffred. & Host. in summ. biius tit. Alex. Caffan. & Anafas. Germon. in paratilis ad quinque libros Decret. Barthol. Carth. in exposit. titulorum iuriis Canon. Zypa. in analyticas postremi iuriis Eccles. enarrat. pag. 6. nonnullis tè Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decret. omnes sub hoc sit.

Officio.] Vide dicta ad rub. de officio, & potest iudic. delegat.

Iudicis.] Vide dicta ad rub. de officio iudicis.

2 Ordinarij.] Ordinarij quod propositum non intelliguntur iij solummodo, qui simpliciter ordinarij dicuntur, quos scilicet unaquæque ciuitas, seu Republ. sive ciuilibus, sive Ecclesiastica, certos & constitutos habet, quia statutis & ordinariis temporibus creantur, vel eliguntur secundum iuris ordinarij regulas, sed etiam illi omnes, qui licet extra ordinem, id est, extra ius ordinarium deputantur, constituti tamen sunt cum propria, non aliena iurisdictione, cui præsumt, iuxta terminos text. in l. more maiorum, ibi, qui eam suo iure esse, &c. ff. de iurisd. omn. indic. hoc enim per se sufficit ut ordinarij iurisdictionem ordinariam dicantur habere ad differentiam delegata, sentit ex parte gloss. i. agens de Pralatinis inferioribus Episcopo in c. 3. per text. ibi, hoc tit. l. 6. quām sequuntur & declarant Domin. ibi, Dec. post Felin. in c. post confessionem, in princ. de probat. Colm. in pragmat. sancti. iiii. de collatoribus, § item in gl. ver ordinarius. Azened. in rub. tit. 9. n. 1. lib. 3. non recipit. Non obstat quod tamen Ordinarius non videtur conuenire supradictis qui extra ordinem deputantur, quia adiutendum est nouum non esse vt nomen generis aliquippe per excellentiam tributari specialiter iis, qui ordinarij & certi sunt, licet ad alias species extraordinarijas non minus pertineat, vt patet in nomine actionis, quod specialiter tributari actioni ordinariae, que simpliciter actio dicitur, cum tamen extraordinariae preloquitiones, & actiones dicuntur l. pecunia 178. §. actionis, iuncta l. actionis verbo ff. de verbis significat, traditique in terminis ad intellectum l. 2. 8 capta. ff. de origine iuriis, Donel. omnem. iuriis Civil. lib. 17. cap. 7. vers. sum ergo; vnde prouenit quod licet iudices illi, quos certos & ordinarios Relypubl. habet, simpliciter quasi per antonomasia Ordinarij appellantur, quia ex ordine quodam iurisdictionem habent, & eorum officium certo quodam vsu, & quadam regula constitutum est, l. eos 6. in princip. ibi, ordinario prouincias iure moderantur, c. de modo multarum, faciuntque in specie tradita per Menoch. de presumpt. lib. 2. praf. 16. n. 21. & 22. non tamen inde alij extra ordinem constituti tales non dicentur si iurisdictionem iure proprio habent; quod sufficit, vt infra ostendetur. Quo autem sensu accipiatur iudicium ordinarium & extraordinarium, dixi ad rub. de iudic. in fine.

3 Indicem ordinarium variè definitum, & diversimode explicant Doctores, vt videre est per scribentes in hac rubri, vbi Alciat. num. 5. Hostiens. in summ. biius tit. §. 1. Bolognet. in rubr. de officio eius, num. 55. Bart. num. 4. & ibi omnes in l. more maiorum ff. de iurisd. omn. indic. Menoch. de arbit. lib. 1. quest. 12. num. 9. Vacon. declar. 84. num. 1. Donel. comment. iuriis ciuilis, lib. 17. cap. 7. Azened. l. 1. num. 1. cum seqq. tit. 9. lib. 3. non recipiat. Morl. in emporio iuriis ciuilis tit. 2. in predict. num. 88. Molin. de insit. tom. 6. disq. 8. D. Barbos. in l. cim. Prator. §. 2. num. 7. cum seqg. ff. de iud. Ergo tamen ex mente iuriis in hac materia loquendum resoluo iudicem ordinarium esse illum qui iure sui officij, dignitatis, vel magistratus iurisdictionem, seu iuridicando praefit, quæ definitio sic conce-

pta magis videtur conformis verbis, & responsis iurisconsultorum in materia, qui dum significare intendunt magistratus ordinarios iurisdictionem habentes, ea circumloquitione videntur, vt dicant, qui iurisdictione praefit, & in codem sensu, qui tribunal praefit. l. 1. §. 1. in*dict. prime. text. ff. quod quisque iuris, l. non possunt, ff. de legib., qui iurisdictione, ff. de iurisd. omn. indic. l. 2. iuncta gloss. ff. de re iudic. l. ff. de iud. l. penalt. ff. eod. l. 2. 8. post originem, ff. de origin. iuris, Donel. d. c. 7. §. iurisdictionem, ad fin.*

Dixi, iure sui officij, propter decisionem text. in l. à more maiorum, ibi, qui eam suo iure, &c. ff. de iurisd. omn. indic. vbi probatur essentialiter requiri ad ordinarij iudicent constitendum quod iurisdictionem suo iure, non alieno beneficio habeat. In quo explicando licet variant scribentes, vt per Bari. & Zaz. ibi n. 4. Vacon. d. declar. 84. n. 2. D. Barbos. loco proxime citato, & tripliciter apponit gloss. vlt. ibid. eleganter tamen hoc procedit & intelligitur, cesantque duæ priores glossæ difficultates, si secundum verba definitionis, de quibus supra in hac materia distinguimus officium ipsum, seu magistratum, cui tanquam quid proprium annexitur iurisdictione, vlt. ibi, certa administrationi cui hæc iurisdictione adhæret, C. vbi & apud quem, à persona qua prædictum officium, seu magistratum gerit; licet enim persona gerentis non suo iure, sed ex aliena conceptione, veluti ex beneficio Principis officium ipsum, seu magistratum habeat & consequatur, ex reg. c. 1. quæ sint regalia, in usibus feud. l. 1. ibi, ad curam Principis, ff. ad leg. Julianum de ambitu, c. ita Dominus 19. dñs. nihilominus tamen ea quæ sunt propria & annexa officio, seu magistratu, vcl. vti iurisdictionem post illum consequitus est, non dicitur habere ex alieno beneficio, licet Principis, sed magis iure officij, seu magistratus, cui adhærent, iuxta reg. text. opt. in proposito in l. 1. vers. cum verbis iunctis verbis seqg. ibi, qui quid iuris, &c. ff. de offic. Præf. Vrbis, c. intellecto, ibi, iura regni sui, de iure iur. cum similibus. Vnde fit quod cum ordinarij iudices iurisdictionem habeant iure officij, vt dictum est meritò suo iure eam dicentes habere, & alibi propria appetunt, l. 4 in princip. ff. de offic. eius, propterea quod officium & magistratus, cui illa adhæret, sua etiam & propria dicuntur, ex titulo quem in illis habent d. c. intellecto, c. si tibi abenti, ibi, ut tuum dici valeat, de præbend. lib. 6. cap. 1. ibi, sua beneficia, de rerum perm. cod. lib. & c. vñit. ibi, sua legationis officio, de offic. legati, iuris reg. accessorium, de reg. iur. lib. 6. ex quibus sic declarandis est text. in d. more majorum, in dictis verbis, ibi, qui eam suo iure, &c. quasi dicat, iure sui officij, sicut in eadem materia loquitur text. in l. 1. in princip. ibi, que vero iure magistratus competunt, ff. de offic. eius. Neque inconvenit quod index habeat officium, seu magistratum ex iure & concessione aliena, annexa vero ipsi officio iure suo & proprio, vt aliis exemplis eleganter explicat D. Barbos. in d. cim. Prator. §. 1. ex n. 19. Vnde fit quod si iurisdictione sola principaliter, sive cum alia administratione coniuncta ratione officij competat, ordinaria erit, quasi proprio iure competens, vt intendit Donel. d. c. 7. §. iurisdictionem, ad mod.

Adieci, iurisdictione, seu iuridicando praefit, quia non satis est iurisdictionem habere iudicem vt ordinarius dicatur, sed oportet ita constitutam habere, vt eidem iurisdictione praefit, sicut in proposito loquitur text. in l. qui iurisdictione, ff. de iurisd. omn. indic. l. non possunt, ff. de legib. quod nihil aliud significat quam ita habere vñ in iurisdictione sibi data principalem locum obtineat, eamque pro suo imperio exerceat, l. 3. ibi, pro suo imperio, ff. de offic. eius, cuius rei argumentum est, quia

quia etiam delegati s. quibus iurisdictio mandata est, iurisdictionem habent, vt dixi ad rub. de offic. delegat. & tamen non dicuntur eidem praesesse, quia neque in ea principalem locum obtinent, neque pro suo imperio exercent, sed pro imperio eius, qui iurisdictionem mandant, d.l. 3. l. 1. §. qui mandatam ff. de offic. eius. foler. ff. de iuri. d. omni. sud eleganter Donel. d.c. 7. in princ. & §. iurisdictionem, ad fin. Secundum quem sensum venit iam declarandum verbum, principaliter, quod utitur text. in l. & quia 6. ff. de iurisdict. omn. iudic. dum loquens de delegato att. & quia nec principaliter data est iurisdictio, &c. neque enim interpretandum est principaliter, id est, à Principe, vt male gloss. 1. ibi, & communis arbor. tratur, sed quod velut dici debet, ei cui iurisdictione mandata est, principaliter concessam non esse id est, in ea principalem locum non obtinere, vi sup. mandatam enim tantum habet, id est vobis & vicem illius nomine mandantis principaliter penes magistratum, qui mandavit, & cui principaliter data est, remanente, /, iudicium solvit, ff. de iudic. tradit eleganter Gocean. in ead. & quia, n. 6. cum seqq. Cuiuslib. 2. Pauli ad ecclesiam super d.l. & quia, s. princip. quamvis alter exponat Vacon. declarat. 8. 4. n. 3. & alter Dmeus Barbolini, d.l. cum Preter. §. 1. n. 2.

SUMMARY

- 1 Episcopi in suis diocesibus possunt crimina inquire, & punire, & cum opus fuerit innocare brachium secularium.
 - 2 Episcopi possunt concubinarios quoscumque, & adulteria que perpetrantes velici, & iudicare, ac de illis inquirere.
 - 3 Concil. Trid. sess. 2.4. de reform. matrim. c.8. non tollit alias penas a iure communi, vel statutis synodali bus contra concubinarios infi. Et as.
 - 4 Episcopos in prima monitione pena pecuniaria concubinarium punire potest, &c.
 - 5 Ordinarij, & alij Superiores monitiones generales aliquando faciunt, ut scientes talia, vel talia crimina sub pena excommunicationis denuntient.
 - 6 Index ex mera offici sui necessitate potest procedere ad crimina corrigenda.
 - 7 Iudices Ordinarij Ecclesiastici innocare possunt auxilium brachij secularis.
 - 8 Brachij secularium auxilium per Ecclesiasticum implorandum non est, nisi pro ultimo remedio.
 - 9 Index deber iudicare secundum allegata, & probata.

CAP. Perniciofa. I. Ex Syn. Io
Papa.

Piscopi in suis dicecessibus possunt inquirere, & punire crimina secundum Canones, & si opus fuerit, inuocare brachii scularie, nullo Ecclesiae præ iudicio generato. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zab. Collect. Bellam, Ioan. Andr. Barbat. Anch. Innoc. Bald. Panorm. Anan. Butr. Alciat. Imola. Henric. Guid. Papæ Casal. in annos. Cened. collect. 1. 10. Viu. in ratione. 1. libri iur. Pontif. pag. 142. Alagon. in compendio. Can. pag. 15 remissiæ Ximen. in concord. p. 1. & 2. referuntur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 23 c. 1.

Episcopum singularum urbium.] Ergo singulae urbes suum Episcopum habere debent, de quo tamen vide Dec. in c. 1. de primis leg. Ias. in l. si bares § vices. ex n. 4 ff. legat. i. Camil. Borrel. in addit ad Bellug in speculo Principum rub. 6 in lit. F. l. 2. & citatos à Cened. d. collect

101. n. 1. & dixi latè in collect. ad c. in illis 80. dist. n. 4. cum seqq.

Episcopi, &c. adulteria, &c.] notarū ad hoc quod Episcopi possunt concubinarios quoquecumque, adulteriāque perpetrantes vleſci, & indicate, ac de illis inquire, qua resolutio ad solos clericos restringi non debet, ut male opinatur Alciat. h[ab]itac. nam, ut adiuit Anastas. German. animadvers. lib. 4. v. 9. quid faciebat dubitationem an Sacerdotēs possent animaduertere in clericos in adulterio deprehensos, cum ipsis solos de clericis, & eorum criminibus posse cognoscere in manifesto sit: iuxta vulgaria iura. Hodie attento Concil. Trident. l[et]ef. 24. de reforma matris c. 8. concubinarij etiam laici tam soluti, quam vxorati possunt per ordinarios tribus concurritibus admonitionibus distinctis temporibus excommunicari, incarcernari, vel ablati signoribus multari, quod per constitutiones synodales Pratorum existentium in Regnis Portugaliæ dispositum est, vt alibi dixi, & per illum Concil. text. adiuerterunt Salzed. ad Bernard. in præl. c. 79 alias 82. ver. laicis, Baiard. ad Clar. m. §. fin. q. 37. n. 13. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verbo, concubinarij §. 2. Auened. de exequendis mand. p. 1. c. 2. n. 14. Iacob. de Graffis in aureis decisi. lib. 2. 19. n. 3. Rebuffi in concord. ti. de publicis concubin. §. quia vero, Auened. 1. tit. 6. lib. 1. & 1. à n. 19. tit. 5. lib. 8. noua recop. Bobadil. in sua politica. lib. 2. c. 17. n. 53. Cabed. Lufu. decisi. §. 5. p. 1. Thom. Valafac. allegation. unius tom. 1. alleg. 34. à n. 8. Sayt. in claus. Regia. lib. 8 c. 2. n. 9. Petr. de Ledesma. in summ. p. 2. tract. 27. c. 18. coroll. 2. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. decisi. 377. in 1. edit. & resol. 319. in 2. edit. Adiuverendum tamen per Concil. d. c. 18. non tolli alias penas à inter communi, vel statutis synodalibus contra concubinarios inflictas, nec alium medium procedendi contra eosdem, nisi velit ordinarius eos excommunicare, quia tunc forma d. c. 8. est feruanda, ita decisum fuisse in Sacra Concilii Congreg. refert. Armendar. in recipil legum Navarræ. lib. 5. tit. 3. l. 1. in de adulter. n. 9. Vnde posse Episcopum in prima admonitione pena pecuniaria concubinariū punire, resoluti Thom. Valafac. d. alleg. 34. n. 11. O. 12. quia, ut tenet eadem Sacra Congregat. triina monitio tunc necessaria est inter concubinarios, quando contra eos vult ferri sententia excommunicationis, non vero si pena pecuniaris, vel aliis multari eos velit index, quia tunc non requiruntur solemnitates, de quibus in d. c. 8. quicquid dicat Aloys. Ricc. d. resol. 319. n. 5. vers. ii. accedit.

Scelera inquirere.] Aduerte ordinarios & alios Superiores, monitiones generales aliquando facere ut scientes talia vel talia crimina sub pena excommunicationis denuntiantur, Bern. Diaz reg. 24.3. Nau. in c. inter verba 1.1. q.3. conclus. 6. corol. 66. es. n. 180. Anton. Cordub. in quest. Theolog. lib. 1. q. 43. vers. dubium secundum eft. Et in ir. causis de Conscientia q. 6.4. Guttier. canon. q lib. t. c. 1. Cened. ad Decretal. collect. 1 o 1. n. 3. cum seqq. potest enim index ex mera officij sui necessitate procedere ad crimina corrigenda, Anton. Gom. tom. 3. var. c. 1. n. 10. Aldrete de religiofa disciplina tuenda, lib. 1. c. 7. n. 20. ac etiam per vias iuridicas peruenire ad corum cognitionem, que a principio sibi fuerunt occulta, Nau. in rubr. de indic. §. 1.6. n. 6.6.

Publicum conuocent auxilium.] Notatur adhuc quod indices ordinarij Ecclesiastici inuocare possunt auxilium brachij facultatis, vt per Couar. præl. c. 10 n. 1. Roland. conf. 37. volum. 1. Anton. Grauat. in addit. ad *Vestr. in praxi lib. 8. c. vlt. ex num. 40.* Nau. in cap. cian contingat, *de re scripti remed. 2. à princip. Perez. 1. 4. gl. in quoque le ayuda del brazo seglar. tit. 1. l. 3. Ordin. Seguras Daualos in direc. iud. Eccles. p. 2. c. 13. ex n. 30.* Menoch

De Officio Iud. Ordin. Tit. XXXI. 265

Menoch. de arbitr. casu 4.52. n.4. Soar. de Pace in praxi. tom. 2. prælud. 1. n.1. & 3. Steph. Grat. discept forens. c. 66-n.8. cum seq Cened. d. collect. 101. n.12. & 13. Mar. Anton. Genuenf. in praxi Curie Archiep. Neap. c. 36. Franc. Leon. in the savo fori Ecclesi. p. 2. c. 1. n. 16.

⁸ Cum opus fuerit.] Notatur ad hoc quod brachij secularis auxilium per Ecclesiasticum implorandum non est nisi pro ultimo remedio, cum scilicet Ecclesiastica iuridictio sua praestiterit, nec amplius potest, apparet prius de excommunicatione, aggratione, & reaggravatione, Calcan. cors. 119. Federic. de Senis conf. 25. ad fin. Roland. conf. 37. n.5. Aniles ad c. 20. Pratorum, glass. surpen. n. 14. Soar. de Pace in præl. tom. 2. c. 2. n.18. post Bald. Panorm. Dec. Boër. Affl. Mando. Menoch. Cou. Rendin. Oliban. Azened. Marant. & alios firmat Franch. Molin. de brachio faculati Ecclesiastico præst. c. 3. per eorum, quamvis dixerint indicem Ecclesiasticum posse quandocunque secularie acclamare auxilium. Segur. in directorio iudicium Ecclesi. p. 2. c. 13. n. 37. Salzed. ad Bernard. in præl. c. 154. n. 4. in noniss. edit.

⁹ In gl. Secundum, ibi, Index debet indicare secundum alleg. Vide Corral. lib. 4. miscell. c. 20. Natt. conf. 276. n. 20. vol. 1. Hypol. sing. 266. Bonacol. com crim verbo, condemnare debet index, & verbo, index sudicare debet, Paul. Fuch. lit. 1. sing. 60. Cranet. conf. 98 ex n.7. Ant. Corduba in q. Theolog. l. 1. q. 37. Ioan. Matien. in dialog. relata. p. 3. c. 42. Martin. del Rio in repet. l. transfigere, C. de translat. p. 3. ex v. 139. vers. adhuc tamen, Petr. Martin. in c. affir. de presumpt. in verbo, date infamem, ex n. 20. Flam. Carth. de execu. sent. capta bânto in c. fin. ex n. 265. Ioan. Garc. reg. 2. 54. Macfar. de probat. concl. 9. 48. l. 2. Petr. Magdal. de num. testimoniū in test. p. 3. c. 1 ex n. 18. Con. var. lib. 1. c. 1. Franc. Viuian. decif. 178. v. 1. Put. de 60. n. 3. Valent. tom. 3. disp. 5. q. 11. punct. 2. Dec. tract. criminis tom. 1. lib. 2. c. 14. à n. 2. Scraph. de prisulegii in uram. priuilei. 2. Fr. Ludou. Mirand. de ordin. ind. q. 28. art. 2. Camil. Borrel. in sum. omnium decis. tit. 42. de indic. n. 68. Less. de iustitia, lib. 2. c. 29. dub. 10. Aldrete de religiosa disciplina tuerda, lib. 2. c. 13. n. 7. plures per Cened. d. collect. 101. n. 11. Ordin. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 63. vbi parens meus n. 2. Princeps nihilominus in suo dominio secundum, suam conscientiam iudicare potest, etiamsi alter ex actis constaret, Cou. d. c. 1. n. 7. ad fin. Corral. miscell. lib. 4. c. 20. n. 2. Menoch. conf. 92. n. 81. quos refert, & Sequitur Rendina in promptuaria receipt. sentent. tit. 91. n. 2. vbi idem resolutus in eius Vicegerente.

S V M M A R I V M .

- 1 Ordinarius qui scit non vt index, vel homo, sed vt Deus, subditum esse criminis reum, indeterminatè poterit, sed non nominatum cum arguere, vel punire.
- 2 Damni causam qui dat, tenetur ad interesse.
- 3 Confessario non licet vt extra confessionem scientia per confessionem habita, tam respectu aliorum, quam ipsius paenitentis.
- 4 Confessarius non potest ex notitia in confessione habita corrigerem complices paenitentis.
- 5 Communem non licet negare paenitenti ex notitia alterius criminis habita ex eius, vel alterius complices confessione.

C A P . Si Sacerdos. II. Eugen.

¹ Episcopus qui vt Deus, & non vt homo, id est, in confessione scit crimen alterius, nisi aliquis iudicatur. Tom. J.

ciario ordine probare possit, non debet peccantem nominatum arguere, sed indeterminatè, eti is, qui passus est damnum, petat iustitiam, potest excommunicare auctorem damni, licet sit ei confessus, nequit tamen eum nominatum arcerre à Communione, sed potest secretò admonere ne se ingrat. Colligunt ex Ord. Abb. antiqu. Zab. Collekt. Bellam, Ioan. Andr. Panorm. Barbat. Bald. Butr. Imol. Anan. Innoc. Guid. Pap. Anch. Viu. in ratione primi libri iur. Pontif. pag. 424. Alagon. in compend. iur. Can. pag. 153. remissione Ximen. in concord. p. 1. & referunt ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 2. 3. c. 6. & est post Conc. Later. p. 50. c. 55.

² Qui damnum passus est, &c.c.] Notatur ad hoc quod qui damni causam dat, tenetur ad interesse, vt per Surd. dec. 3. 26. n. 24. quia damnum ipsum dedisse videatur, vt per citatos in tr. de Axiom. iur. v. 1. Axiom. 63. n. 1.

³ Sed tamen nominatum potest cum reuocare.] Notatur ad hoc quod non licet vt extra confessionem scientia per confessionem habita, sed se habere debet Confessarius ac si nihil in confessione seiret, quia sigillum confessionis obligat non solum respectu aliorum, sed etiam ipsius paenitentis, id est, non solum tenetur Sacerdos non detegere alios peccatum auditum in confessione, sed etiam tenetur nullo modo loqui de ipsis cum paenitente extra confessionem, nec exprobare, nec obiciere illi crimen, nec in memoriam reuocare, quamvis enim non sit fractio sigilli proprii, est tamen quoddam genus quasi reuelationis, & offendit sigillum, Henrig. in sum. lib. 6. c. 20. § 7 Sanch. de marr. lib. 2. disp. 16. n. 3. Hinc sequitur Confessarium non posse ex notitia in confessione habita corrigerem complices paenitentis, aut eius confessionem impedit, aut alloqui complice de peccatis, nisi hoc faciat de licentia paenitentis, ita Soar. tom. 4. disp. 3. 4. set. 4. n. 19. Hier. Onophr. de sigillo set. 4. 9. 7. dub. 3. pag. 309. Sylu. verbo, Confes. 3. q. 6. post Henrig. Reginald. & Nugg. tenet Bonac. de Sacram 9. 6. set. 5. puncto 4. n. 25. vide quae dixi ad c. sicut dignum, illi etiam, vers. sed subampliatio, sub de homicid. §

⁴ Licet sciat eum esse reum.] Notatur ad hoc quod si Sacerdoti ex sola confessione iuris, vel alterius complices nouit vice Dei occulatum crimen, non licet negare communionē petenti etiam occulte, vt per Henrig. in sum. lib. 8. c. 5. q. 5. Sic etiam Confessarius, siue si Parochus, siue aliis non potest Eucharistiā negare de peccato in confessione auditum, sicut nec Episcopus potest clericum ob crimen in confessione auditu repellere ab Ordinibus sufficiendis: ita Henrig. 1. 6. c. 19. §. 5. lit. V. Hieron. Onophr. de sigillo set. 4. q. 7. dub. 4. pag. 312. post Lazar. Coninch. & Reginald, tenet Bonac. de Sacr. q. 6. set. 5. punct. 4. n. 17. quicquid multi apud Sanch. d. disp. 1. 6. n. 11. & Guttier. de marr. c. 61. n. 11. aliter sentiant de Sacerdote, qui non tenetur ex officio ministrare Sacra, aut etiam de Parocho dum peritur, & non tenetur administrare.

S V M M A R I V M .

- 1 Ordinarius subiectus Episcopo si profert in sibi subditum iustum censuram Ecclesiasticam, Episcopus illam feruare debet, & illam sine satisfactione, & conscientia proferentis relaxare non debet.
- 2 Curatus, Prelatus dicuntur, & Pralatuvam habere.
- 3 Excommunicationis sententia Plebani ideo valuit in praefenti, quia habebat iurisdictionem ex prisulegio.
- 4 Pralatus omnibus habentibus Collegiatas Ecclesiast. regulares, vel seculares est cura gregis commissa.
- 5 Episcopus validè absoluere potest excommunicatum à Prelato inferiori.
- 6 Citatio est necessaria in absolutione danda.

Z C A P .

C A P. Cùm ab Ecclesiis. III.

Alex. III.

Ordinarius subiectus Episcopo, quando excommunicat, vel aliam sententiam profert legitimè, Episcopus illam seruare debet, & sine congrua satisfactio[n]e & de scientia Ordinarij causa non debet relaxari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Hof. Panorm. Barbat. Bald. Felin. Inol. Anan. Henric. Guid. Papæ. Vinian. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 426. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 154. remissione Casali. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 1. refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. l. 1. tit. 23. c. 3. & est post Conc. Lateran. part. 3. c. 7.

[Ip[su]m facias iniurabiliter obseruari.] Dum text. in precitatis verbis interdictum, & excommunicationem latam à Plebanio iubet ab Episcopis obseruari, videtur probare cuilibet Sacerdoti potestatem competere ferendi censuras, cum tamen certum in iure sit omnes, & solos illos, qui Ecclesiast. habent iurisdictionem fori exterioris censuras ferre posse, vt probat et. querenti ibi, dicitur iudex de verbis signis. refolunt D. Thom. in 4. dist. 18. q. 1. ad 3. Abb. in e. ab excommunicatione. n. 5. de script. & in c. transmissam no[n] 1. de le[ti]t. Ceu. in c. almap. 1. §. 11. n. 1. Nau. in man. c. 27. n. 5. Vgolin. de censur. tab. 1. c. 2. §. 19. a. n. 1. Valent. tom. 4. disp. 7. sect. 17. puncto 3. Soar. de censur. tom. 5. disp. 2. sect. 2. a. n. 6. Ad text. igitur in praesenti respondeatur ipsum in principio supponere Plebanum, de quo ibi, habere iurisdictionem puniendo malefactores, atque ita agere de Praelato inferiori habente iurisdictionem fori contentiosi, vt probant verba illa. *Ecclesiast. Praelatus*, notant Abb. & DD. communiter ut constat ex relatis per Conat. in d. c. alma part. 2. n. 6. Quod autem sit Plebanii officium attento iure communi, colliges ex c. 1. ad fin. ne clerici vel monachi, lib. 6. explicans post alios Rebuff. impraxi. part. 3. signature, verbo, & situatione, n. 6. Petr. Greg. synagm. iuris lib. 15. c. 24. n. 12. Læli. Zech. de Republ. Ecclesiast. c. 2. 7. à princ. Posse autem consuetudinem, vel priuilegium Romani Pont. Plebanis, & reliquis parochis iurisdictionem tribuere fori exterioris, probatur ex reg. text. in c. cum contingat, de foro compet. & c. duo simili, infra hoc tit. cum similibus, de quibus Balb. de prescript. 2. p. 5. princ. q. 3. princ. à princ. Nau. in c. placuit, de ponit. dist. 6. n. 35. Conat. in reg. professor. p. 2. §. 3. n. 1.

Retenta igitur communi Doctorum resolutione tenentium illos solū habentes predictam iurisdictionem posse excommunicationem promulgare, contra eam non obstat text. in praesenti iuxta respondionem, & intellectum, quem modò præstisti, nunc verò necesse est, vt alius iuribus respódeam, que in hac sententiam prima facie corruere videntur. In primis ad text. in c. nemo 2. q. 1. dum inquit Presbytero ferre non posse excommunicationem nisi probata causa, respondeo intelligentiam esse non generaliter, sed de illis tantum Presbyteris, qui iurisdictionem habent fori contentiosi, cum enim aliud principaliter deciderat, dum de Presbytero meminit, termini habiles debent supponi, iuxta vulgarem doctrinam text. in l. qui testamento, ibi, si aliam, & c. ff. de testam. quomodo etiam intelligentius est text. in c. alia, in fine, 16. q. 1. vbi loquens de Presbytero, inquit illi licere tradere Sathan, quod idem est atque excommunicare, vi scilicet loquatur suppositis terminis habilibus, atque de

Presbytero habent iurisdictionem. Eodem etiam modo intelligitur Gratian. in c. miramus, ver. c. ergo Sacerdotibus, 14. q. 1. quod non voluerit generaliter quenlibet Sacerdotem in sacerdotali vincione, cum charactere potestatem excommunicandi in actu recipere, sed supponendo terminos habiles disputare ap illi, qui eam habent potestatem ab Ecclesia, eandem amittant propter haeresim, quamvis Gratianum in hoc proposito reprehendat Vgolin. d. §. 19. n. 6. Ad c. 2. Suprà hoc tit. ex litera patet solutio, dum enim conceditur Sacerdotibus potestatem excommunicandi autores danni, clarissimè loquitur de Sacerdotibus habentibus iurisdictionem fori contentiosi, vt patet ibi, nisi indicatio ordine quis probare possit, &c.

Pralatis.] Ergo Curatus Pralatus dicitur, & præ- 2 laturam habere, tangit Petr. Gregor. in tract. de benef. cap. 10. num. 20. tradit Lambert. de iurepatron. lib. 2. part. 1. q. 7 art. 20. n. 2. quos refert & sequitur Dionys. Paul. de vera Patriarchalium quatuor sedium erect. c. 1. num. 28.

Collige ex hoc text. Prælatos omnes Episcopo inferiores, qui iurisdictionem habent fori contentiosi, habere potestatem ferendi censuras, vt per Sot. in 4. dist. 2. q. 2. art. 1. vers. non est, Cou. d. §. 11. num. 1. vers. primum. Vgolin. d. c. 2. §. 2c. Læli. Zech. cap. 1. num. 6. vers. 6. & vers. 16. & confirmatur, quia licet soli Episcopi plenam, & simpliciter in tota sua diœcesi ordinariam habeant iurisdictionem, gloss. verbo iugia, in cap. perleclis, 25. dist. non tamen inconuenit, quod alij inferiores Prælati quoad nonnullos actus, & certa aliqua negotia, vel certas personas, attento eodem iure communi ordinariam habeant iurisdictionem fori exterioris, vt bene aduertit Bero. in rubr. de offic. deleg. n. 15.

Vnde Guardianos, Abbates, Generales, & alios Prælatos Regularium, iure communi absque aliquo privilegio excommunicare, alijque censuras ferre posse probatur ex supradictis, diximus namque omnes illos censuras ferre posse, qui iurisdictionem habent fori contentiosi, sed Generales, Abbates, & alij Religiosorum Prælati, in eos hanc exercent fori contentiosi iurisdictionem, ad eos enim omnis potestas, & follicito pertinet fui Monasterij, cap. luminoso. cap. millam 18. q. 2. atque etiam Monachorum correctio, & excessum punitio, c. quanto, hoc tit. cap. ea, que, iuncta glossa 1. de statu Monach. cum multis aliis, qua latissimè prosequitur Abb. in cap. c. cum contingat, a num. 2. 1. de foro compet. & alij de quibus Boëdecis. 27. 1. à num. 4. latè Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 17. artic. 1. cum seqq. & plenè relati à Cened. ad Decretal. collect. 1. 1. Ergo eodem iure communi censuras ferre posse dicendum est, & probat text. in cap. c. in Ecclesiis, de maiorit. & obed. & in cap. reprobabilis ad fin. de appellat. & in c. sicut 3. iuncta glossa verbo anathematis, de simon. & vltra antiquiores, quos referunt, notarunt Henr. in summ. lib. 13. de excommun. cap. 24. §. 3. Vgolin. d. §. 20. à num. 11. Soar. d. sect. 2. num. 9. versic. item Superioris, iuncto num. 11. latè Fr. Emman. tom. 1. quest. 59. Neque obstat text. in cap. quidam, & in cap. Monasteria 18. quest. 2. quia resp. procedere in Monachis laicis, quales olim erant ferē omnes, cap. sic vnde 16. quest. 1. Vel intelligi potest procedere quoad correctionem, qua semper ordinarii reseruata fuit, cap. hoc tantum, cap. cognomus 18. quest. 2. cap. 1. cap. in singulos, §. porro, de statu Monach. Vtrum autem Abbates, & Guardiani, alijque Prælati quasi Episcopalem iurisdictionem non habentes possint ferre excommunicationem ad finem reuelationis furorum, aut pro rebus deperditis, negatiu[m] respondet Fr. Emman. d. q. 59.

De Officio Iud. Ordin. Tit. XXXI. 267

d. q. 59 art 4. id enim solum concedi Episcopis decidiit Concilium Tridentinum, cap. 2, § 5, de reform. c. 3. Virum autem Abbatibus illi extra locum sue Prelatura in suis subditos censuras ferre possint, disputant late Abbatis in d. c. etiam continetur, m. 33. & Fr. Emmanuel d'Arti, affirmatus resoluente.

Sic etiam ex dictis infertur attento iure communis omnes Episcopos & Prelatos superiores censuras ferre posse, diximus enim hos omnes censuras ferre posse, qui iurisdictionem habent fori contentiosi, constat hanc habere Episcopos, & alios superiores Prelatos, attento iure communis, & i. c. irrefragabili, hoc tis c. qualiter & quando, il 2. in princ. de accus. Ergo iure proprio eos hanc habere potestatem, & iure communis attento probat text. in c. ad reprimendam, & in c. concurvare, hoc tit. refolunt ultra ordinarios ibi, omnes supra citati in vers. bid. post n. 2. ampliates procedere in Episcopis confirmatis, quamvis nondum consecratis, per c. transmissam, de elect. vbi notant omnes, teste Vgolin. d. 20. num. 6. vers. quarto, Henricus d. cap. 24. in princip. Iacob. de Graffis c. 4. n. 5. *Mis locis* idem resoluentes in Capitulo Sede vacante.

Plebania sancti P. &c.] Aduerte ideo huiusmodi Plebani excommunicationis sententiam valuisse, qui habebat iurisdictionem ex privilegio, & ita de iure speciali, ita Paul. Comitol. respson. moral. lib. 6. q. 51. n. 1.

Ipsam facias, &c.] Probar hic text. sententiam excommunicationis prolatam à Prelato inferiori non posse ab Episcopo relaxari sine congrua satisfactio- ne, & eumdem Prelati inferioris conscientia. Quod quidem Pontificis responsum non sine difficultate procedit, nam certum est absolutionem censurem ab his praestari posse, qui eas protulerunt, vel ab eorum superioribus, Abb. hic n. 1. Couar. in c. al- man. mater. p. 1. §. 1. 2. n. 2. Soar. tom. 5. disp. 7. scđ. 2. n. 1. 2. Vgolin. tab. 1. de censor. c. 4. Unde cum Episcopi in suis diecesisibus plenam quoad omnes habeant iurisdictionem, c. 1. hoc tit. c. cum Episcopus, cod. tit. lib. 6. aliorumque inferiorum Prelatorum superiores sint, & hi non nisi ex speciali Episcoporum commissione valeant excommunicare, ex dictis in addit. ad cap. Archidiacoris, de offic. Archid. ideo videbatur à censoribus lati ab inferioribus sine ipsorum conscientia posse Episcopum absoluere, quo fundamento si Episcopi ab illis absolvant, absolutionem lieet iniustificari propter debitum modum non seruatum, merito tamen iure validam censem gloss. vlt. in presenti, quam sequuntur Abb. & DD. communiter, teste Couar. d. 6. 12. n. 3. comprobant Vgolin. d. c. 4. §. 1. n. 7. & 10. ve- ramque, & communem prædicat Soar. de censor. d. scđ. 2. n. 17.

Verum contrarium urget, quia superior ad absolumentum in proposto si censemur à quo, vel ab inferiori iurisdictione absolute depender, vel quando occurrit casus, in quo potestate habet in eum, qui absolvitur, text. autem in presenti agit de Prelatis, qui iure speciali, privilegio scilicet, vel confuetudine habebant iurisdictionem priuatin respectu Episcoporum, vel si cumulatiue in eum tantum sensum, ut præventioni maneat locus, & per consequens postquam inferior excommunicavit, Episcopi iurisdictionem præuenire, seu præoccupasse censendum est, ita ut Episcopus valide in causa præuenta se intromittere, vel ab soluere non possit, ex reg. text. in l. vnic. ff. de offic. cons. & qua late explicat Cou. practicorum c. vlt. a. n. 1. quo fundamento merito contra gloss. & communem tenuerant plures Doctores antiqui, quod refert Abb. hic n. 11. vers. in gloss. final. & de ve-

Tom. I.

ritate eiusdem communis dubitauit Couarruias ubi proxime.

Neque pro illa communis facit, sed magis extorquetur in contrarium text. in presenti, dum enim inquit excommunicationem à Plebano latam sine ipsius conscientia, ab Episcopo relaxari non posse, magis supponit, quid si relaxauerit, absolutio non valebit ut potest à non suo iudice lata, iuxta reg. text. in c. at si clericis, in princ. de iud. cum similibus, & significat text. per locum ab speciali in c. venerabilis, §. fane, in fine, de sent. excom. lib. 6. dum eo tantum calu absolutionem à superiori praestitam valere decidit, quod ipsi superiori competat de Excommunicatione cognoscere; cum ergo communis supponat ad Episcopum non pertinere cognoscere de excommunicatione lata à Plebano, sed potius eam inuolubiliter obseruari facere debere, ut text. in presenti expresse probat, recte sequitur quid si excommunicationem relaxauerit, absolutio valere non potest.

In gloss. Ecclesiastica sententia, ibi, *Quod quilibet et Prelatus Collegiate Ecclesia, &c.]* Notatur ad hoc quod Prelatus omnibus habentibus Collegiatas Ecclesias Regulares, vel seculares, est cura gregis communis, ut per Nauar. in tract. de redditibus Eccles. q. 1. vers. undecimmo, monaco, n. 1. quod intelligit alibi idem Nauar. comment. 1. de Regularibus num. 63. quod ad Collegium, cuius praest, non tamen quoad plebem contra hanc gloss. nisi confutatio augeat iurisdictionem.

In gloss. *Non relaxes, si ibi, cum sit Superior, & Ordinarius, &c.]* Notatur ad hoc quod Episcopus valide absoluere potest excommunicationem à Prelato inferiori, quia iurisdictione competens inferiori non datur illi priuatiue, sed cumulatiue, & ampliatiue, ut per Cou. in c. alma mater, de sent. excom. lib. 6. p. 1. §. 12. n. 3. Soar. de Pace in tract. tom. 2. prelud. 1. n. 10. Soar. de censor. disp. 7. scđ. 2. n. 12. Bonac. eod. tr. disp. a. q. 3. puncl. 1. n. 3. Auila p. 2. c. 7. disp. 1. dub. 11. Henricus in sum. lib. 1. 3. 6. 2. 8. n. 3.

In ead. gloss. ibi, *Nunquid tenet absolutio, &c.]* Notatur ad hoc quod in absolutione danda citatio est necessaria, si tamen omittatur absolutio non redditum nulla, sed tenet, licet absoluens male faciat, ut per Roman. conf. 3. 4. sub r. 3. vers. veritas est, Burr. in c. quae fronte, de appell. & ibi Abb. n. 6. vers. nunc quaro, & Franch. n. 31. Ant. Ricc. de iure personarum. lib. 4. c. 70. n. 12. vbi n. 14 limitat ne procedat vbi absolutio esset data ab eo, qui non potest dare, nisi in gradu appellationis, &c.

S V M M A R I V M.

- 1 *Ordinatio vacantis Ecclesia etiam patronata si ex insta causa differtur, est ibi per Episcopum econtra ponendus.*
- 2 *Patronus laicus præsentans minus idoneum si est infra quadrigmestre tempus, poterit aliud idoneum præsentare.*
- 3 *Capitulum Sede vacante economos præfigere potest.*
- 4 *Paronus Ecclesiasticus ratione Ecclesia, & non patrimonii præsentando scienter indiguum, est priuatus pro illa vice iure præsentandi.*
- 5 *Paroni laici quare variare possint, non ita Ecclesiastici, remissive.*
- 6 *Custodia Ecclesia vacantis si sit de inrepatro- natus laicorum non ad patronum laicum, sed ad illum Prelatum spectat, qui ins habet con- ferendi.*

Z. 2. C. 4.

Cap. Cūm vos. IV.

Ecclēsiae vacanti quando non prouidetur, in eo quia præsentatur persona non idonea, vel oritur differentia inter Ordinariū, & præsentatorem, vel alia causa, Ordinariū remota appellatione ponere debet cōeconomos, qui percipiunt fructū, & eos aut expendant in utilitatem Ecclesiae, vel fideliter conservent futuri successoribus. Colligunt ex Ordinariū. Abb. antiq. Zabar. Colleēt. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Bald. Barbat. Henric. Panorm. Hof. Butr. Anch. Viuiān. in ration. primi libri iur. Ponif. pag. 42. Alagona in cōspend. iur. Cap. pag. 54. remissiū Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 23. c. 5. & est post Concil. Later. p. 15. cap. 21.

2 Minus idonea præsentantur, &c.] Notatur ad hoc quod patronus laicus præsentans minus idoneum, si est intra quadrimestre tempus, poterit alium idoneū præsentare; ita Perez l. 2. vers. secunda conclusio, tit. 6. l. 1. Ordinariū. pag. 153. Ego ipse de off. & potest. Episc. p. 3. alleg. 7. n. 104. vbi etiam teneo deolutionem fieri ad Superiorē habentem instituire quando lapsum si quadrimestre, & non sit idoneus præsentatus.

3 Ponatis cōeconomos, &c.] Notatur ad hoc quod Capitulum Sede vacante cōeconomos præficere potest, ut per Valer. Reginald. in praxi fori penit. l. 30 tract. 3. n. 24. 1. quem refert Illustr. D. meus Roder. à Cunha in com. ad c. 2. n. 4. dist. 8. 9.

4 Qui debent fructus percipere.] Intellige de fructibus, & redditibus tempore vacationis prouenientibus, & non de spolis beneficiariorū p̄mōrtuorum, ita Nauar. de spolis clericorum, §. 10. n. 1. vers. ad tertium.

5 In glof. Minus idonea, ibi, Sed in collegio, seu Ecclesiastica persona aliud est. Notatur ad hoc quod patronus Ecclesiastici ratione Ecclesiae, & noī patrōni præsentando sc̄iēnter indignum est priuatus pro illa vice iure præsentandi, ita Perez d. l. 1. vers. primo conclusio, pag. 153. Cald. Pereira de potestate nomin. c. 1. n. 61. Stephan. Gratian. dīcept. forens. c. 5. 8. n. 11. Mar. Anton. war. resol. lib. 1. resol. 19. n. vole. Vgolin. de offic. & potest. Episc. c. 5. 1. §. 1. n. 4. vers. 2. Ego ipse loco preciatu, & hanc glossam esse communiter receptam asserimus multi, de quibus Lambert. de iure patrōn. 2. art. & 4. 9. 10. principalis, p. 1. l. 2. Card. Tuschili. P. concl. 148.

6 In ead. glof. ibi, Et hoc potest esse ratio, &c. De ratione diuersitatis quare laici patrōni variare possint, non ita Ecclesiastici, egi d. alleg. 7. 2. n. 154.

7 In glof. O Economos, ibi, Et ex hac litera notare debes, &c. Notatur ad hoc quod custodita Ecclesiae vacantis, si sit de iure patrōnatus laicorum, non ad patrōnum laicum, sed ad illum Prælatum spectant, qui ins. habet conferendi, seu insitūndi, quamvis Episcopus non sit, ita Innoc. bīc n. 1. super verb. Ecclesiast. Hof. col. 2. m. 3. in verbo, ponatis, & n. seq. Ioan. Andr. col. 3. m. 16. Bald. col. 2. m. 4. Petr. de Anch. n. 1. vers. quarro nota, Anton. de Butr. col. penit. fin. n. 16. Panorm. col. 3. n. 8. vers. secunda nota, Rendina in prompt. recept. sentent. tom. 1. tit. 34. n. 5. Ego ipse de off. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 7. 2. à n. 17.

S V M M A R I V M.

1 Ordinario quando constat quod absolutus à Papa superp̄sist veram causam, quare fuerit excommunicatus, debet illum remittere ad Papam, si vero

fibi non constat, adeſt tamen urgens ſufpicio contra illum, debet cogere eum ſe purgare.

2 Excommunicatus vna, vel multis excommunicatiōnibus ex pluribus cauſis aquae principalibus, non censetur abſolutus ab omnibus ſi in petitione vnam ex illis tacuit.

3 Abſolutio exorta per dolum verſantem circa cauſam finalē inuidia est.

4 Excommunicatus ſemel amplius potest excommunicari, eadem prima excommunicatione manente.

5 Censura vna auferri potest alia remanente.

6 Abſolutus pro falso cauſa quare non habeatur pro abſoluto, ſicut pro falso cauſa excommunicatus habeatur pro excommunicato, remiffiū.

Cap. Ex parte. V.

Excommunicatus ab ordinario quando obtinet abſolutionem à Sede Apoſt. non explicando ve-ram cauſam excommunicationis, & hoc conſtat Episcopo, Ordinarius cenſuris cogere illum redire ad Sēdem Apoſt. cum literis Episcopi veritatem continentibus; ſi verò hoc non conſtar, ſed eſt ſufpicio, compellere debet illum coram ſe purgare. Colligūt ex Ordinariū. Abb. antiq. Zabar. Colleēt. Bellam. Io. Andr. Anaf. Innoc. Imol. Butr. Panorm. Henric. Anch. Bald. Hof. Barbat. Viu. in ration. primi libri iur. Ponif. pag. 418. Alagon. in compēt. iur. Cap. pag. 154. remiſſiū Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 23. c. 5. & eſt post Conc. Later. p. 31. c. 1.

Ocultatis excessibus, &c.] Notatur ad hoc quod ſi quis vna, vel multis ligatus eſt excommunicationibus ex pluribus cauſis aquae principalibus, non censetur abſolutus ab omnibus ſi in petitione, & impre-ratione abſolutionis vna ex illis tacuit, vt per Hen-riq. in ſum. lib. 13. c. 10. §. 2. Frechil. de com. art. 4. 4. p. n. 2. Nicol. Garc. de benef. p. 8. c. 3. n. 13. Cou. in c. alma mater, p. 1. §. 11. n. 13. Mar. Alter. de cenſur. tom. 1. de excommuni-latione. lib. 4. disf. 5. c. 4. vers. dico primū, cum quibus multipliciter intellige. Vnde abſolutionem ab excommunicatione pronuntiatam ex falso cauſa eſſe nullam, & nihil prodeſſe excommunicato, tenet Con. d. §. 11. n. 14. Nauar. in man. c. 17. n. 3. 8. Mar. Alter. d. disf. 5. c. 3. Sic eodem modo imitandam eſſe abſolutionem exor-tam per dolum verſantem circa cauſam finalē, quia Superior non intendit abſoluere niſi iuxta cauſam ſibi propofitam, tenet Bonac. de cenſur. disf. 1. q. 3. puncto 8. n. 1. vbi etiam tenet validam eſſe abſolutionem exor-tam per dolum verſantem circa cauſam tantummodo impulſinā, de quo vide Nicol. Garc. d. c. 8. n. 10 & 11.

In glof. Redire. Nota quod ſemel excommunicatus amplius potest excommunicari eadem prima excommunicatione manente, Cou. in c. alma mater, p. 1. §. 11. n. 4. de ſent. excom. lib. 6. Nauar. in c. ita quorundam infi. de Iude. notab. 1. glof. ſin. à princ. Perez l. 1. col. 4. vers. du-bitatur, tit. 1. lib. 8. Ordin. ſemel enim ligatus vna cenſura, eft adhuc ſubiectum capax alterius, non tantum diuersae rationis, ſed etiam eiusdem, Sylvest. verbo, excommunicatio l. n. 10. Soar. de cenſur. disf. 1. ſent. 2. Aul. eod. tract. p. 2. c. 4. disf. vnic. dub. 7. Bonac. d. disf. 1. q. 1. punct. 1. n. 1. Hinc colliguntur poſſe vnam cenſuram au-ferri alia remanēce, quia inter cenſuras non eft neceſſaria connexio, & ſicut vna potest ferri ante aliam, ita etiam potest auferri, S. Thom. in 4. disf. 18. q. 18. art. 5. Valent. tom. 4. disf. 8. q. 17. puncto 8. Vgolin. de cenſur. tab. 1. c. 19. §. 3. n. 10. Sayr. eod. tract. lib. 1. cap. 21. n. 13. Soar. disf. 7. ſent. 9. num. 4. & 6. quos refert, & ſequitū Bonacina.

De Officio Iud. Ordin. Tit. XXXI. 269

Bonacina d. d. sp. 1. q. 3. pun. 6 n. 1. nam ligatus pluribus excommunicationibus obtinens absolutionem expresa vna causa, scilicet excommunicatione, non habetur pro absoluendo quoad aliam, ut in cap. cum pro causa, & in c. officij, de sent. excom. Conar. d. §. 1. n. 13. concl. 2. Vgolin. ab. 1. de censur. c. 19. §. 4. n. 4. Nic. Garc. d. c. 3. n. 13. & ideo valet impetratio absolutionis ab vna excommunicatione, non facta mentione de aliis, quibus idemmet ligatur, Sanch. de matr. lib. 8. disf. 2. s. n. 1.

6 In ead. gloss. ibi, Sed queritur quare absolvitur pro falsa causa non habetur pro absoluendo, sicut pro falsa causa excommunicatus habetur pro excommunicato, &c. Huius glossae differentiam inter excommunicationem, & absolutionem sequuntur Conar. d. §. 1. n. 14. Navar. d. n. 3. declarat Mar. Alter. d. d. sp. 5. cap. 3. vers. quia in re.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinarius supplet negligentiam Abbatis non reuocantis Monachum vagabundum.
- 2 Monachi vagatio sine expulsione non priuat Monasterium iure suo, quod habet in eum.
- 3 Eiusdem est Monasterio per iustam sententiam definitio esse Monachus Monasterij.
- 4 Regulares viri usque sexus non possunt tenere propria, sed omnia dare debent suis Superioribus.
- 5 Apostatas, & Fratres fugitivos recollegendi cura cui incumbat, ostenditur.
- 6 Abbatis in suis Monachos iurisdictione videntur ordinaria.
- 7 Consuetudo iurisdictionem dare potest.

S V M M A R I V M.

- 1 Delegati Papa de fidia, vel malitia si quis persenerat in peccato, Ordinarius loci potest supplerre, non obstante quod causa fuerat delegato commissa.
- 2 Testes in figura iudicij, & viua voce non in scriptis testimoniorum perhibere tenentur, & cogi possunt.
- 3 Testes si extra patriam vocentur pro testimonio ferendo, illis soli debet expensis producentis, antequam de domo pedem moueant.
- 4 Expensae iudicis auctoritate taxande sunt.

C A P. Significauit. V I. Cœlest. III.

E Piscopus quando excommunicat aliquos, v. g. manentes in matrimonio incestuoso, & isti per appellationem impearant à Papa iudicem delegatum qui illos absoluunt, sed non inquirit causam ex malitia, vel defidia, Episcopus potest denud eos excommunicare, donec delegatus legitime prosequatur causam. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Joan. Andr. Anan. Butr. Anch. Host. Panorm. Barbat. Bald. Felin. Imol. Henric. Vinian. in ratio. primi libri iur. Pontif. pag. 429. Alagon. in compend. iur. Canon. pag. 155. remissiu Ximen. in concord. p. 1. referunt ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 14. cap. 2.

2 In gloss. Pro eorum receptione. Adverte quod testes in figura iudicij, & viua voce, non in scriptis testimoniorum perhibere tenentur, Soat in thesano sentent. lit. T. n. 165. Mafcard. de probat. in proem. q. 5. n. 11. Farin. in praxi crim. p. 2. q. 80. n. 27. quos refert parens meus in remiss. ad Ordin. Regiam Lusit. lib. 3. tit. 6. §. 6. n. 4. Et ad hoc cogi possunt Farinac. d. p. 2. q. 78. a. n. 1. & a. n. 5. Fr. Ludou. Miranda de ordine iud. q. 24 art. 1. concl. 3. Soar. de Pace in pratt. tom. 1. p. 1. temp. 8. n. 16. Et si extra patriam preferendo testimonio vocentur, eis soli debet sumptibus producentis antequam de domo pedem moueant, Surd. de aliment. tit. 4. q. 8. n. 3. & 9. Steph. Gratian. discept. forens. c. 57 n. 9. & iudicis auctoritate expensae taxande sunt Rebuff. de reproba. testium, n. 408. cum seq. Bellacomb. tom. 1. com opin. lib. 7. tit. 1. 3. n. 6. 1. pag. 255. Surd. d. tit. 4. q. 21. n. 2. quales consueuerunt facere domi sua, Gregor. l. 21. verbo, que coma, tit. 2. p. 4. Stephan. Gratian. d. c. 57. n. 4. Surd. d. tit. 4. q. 18. n. 8. 12. 13. & 14. cum salario, quod ex suis artibus, vel officiis lucrari possent, Cacher. Pedem. decisi. 46. Camil. Bortel. conf. 21. n. fin. Franc. Marc. Delphini. decisi. 178. c. 3. p. 1.

Tom. I.

C A P. Quanto. VII. Innoc. III.

R Egulares dissolutos, vt qui relicto claustro pecunia comparata, discurrent per curias Principum, Episcopos admonere tenentur vt resignata pecunia in manibus Prelatorum, conuertenda in uilitatem domus secundum Abbatum consilium, Regulari vitam obseruent, & si Prelati sunt negligentes, eos corrigerre, & compellere debet priuatione officij, & beneficij appellazione remota. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Joan. Andr. Imola. Anan. Barbat. Butr. Panorm. Host. Felin. Anch. Innoc. Henric. Boich. Guid. Papæ, Cened. collect. 121. Viu. in ratione primi libri iur. Pontif. pag. 429. Alagon. in compend. iur. Canon. pag. 155. remissiu Ximen. in concord. p. 1. referunt ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 20. cap. 1.

Claustrum abhorventes, &c.] Notatur ad hoc quod vagatio Monachi sine expulsione non priuat Monasterium iure suo, quod habet in eum, vt per Tiraqu. de retratu lib. §. 10. gloss. 1. a. 16. Solus enim electus per iustam sententiam definit esse Monachus Monasterij, usque adeo, vt amplius cum eo communionem non habeat, Abb. in c. 1. de infant. expos. quem sequuntur ibid. Socin. & Anan. ac Anton. Ricciul. de irre personarum extra gremium Ecclesie existent. lib. 8. c. 1. n. 1. vbi n. 4 quod per sententiam expulsionis tollitur obligatio religiosi erga religionem, nouissimè R. P. Franc à Coriolano in tract. de casibus reservatis, p. 2. casu 2. de apostasia, n. 30. & in appendice.

Vi proprium in manibus Prelatorum, &c.] Sacra censuit Congreg. Regulari viri usque sexus non posse tenere propria, sed omnia dare debere suis Superioribus a quibus primo eorum necessitatibus habuerintendum est, reliquum vero conferendum in vsum Monasterij, Nau. comment. 2. de regul. n. 18. & in tract. de redditib. Ecclesiast. q. 4. n. 84. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 9. q. 1. prope fin. Francisc. Leo. in thesau. fori Ecclesiast. p. 2. c. 1. n. 41. Ego ipse de officiis potest. Episcop. p. 3. alleg. 102. faciunt quod P. Francisc. à Coriolano d. p. 2. casu 4.

Si Prelati cornuti, &c.] Notatur ad hoc quod cura recolligendi apostatas, & Fratres fugitivos specialiter, & principaliiter eorumdem Prelatis incumbit respetu & inuenientia. Episcopis autem, & locorum ordinariis in casu, quo ipsi in re tanti ponderis, & momenti negligentes extiterint, ita Ludou. Miranda in man. Prelat. tom. 1. q. 51. art. 3. Vnde Archiepiscopus in tota Provincia potest admonere Monachos, & alios Regularibus vagabundos, & apostatas vt redeant ad sua Monasteria, monendo prius Episcopos suffraganeos ut id exequantur, deinde Regularium Superiores, vt

Z 3 eos

eos reducant, quibus negligentibus ipse compellat Regulares, & etiam Superiores, Marc. Ant. Genuens. in praxi Curia Archiepisc. Neapol. c.70. n.20 Attenta verò dispositione Concil. Trident. sicc. de reformat. c.3. Regularis extra Monasterium degens etiam sui Ordinis priuilegij praetextu tuto non est quominus si deliquerit ab Ordinario loci, tanquam super hoc à Sede Apostolice delegato, secundum Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat, de quo egi d.p.3. alleg. 105. à n.14.

6 In gloss. *Si Prelati*. Notatur ad hoc quod Abbates in suos Monachos iurisdictione vtuntur ordinaria, suntque eorum iudicēs ordinarij, quippe quod iurisdictio propria sit muneric sui functioni adhaerens, ut per Victorin. Manfum de modo procedendi in causis Regul. c.2. n.2. Bapt. Conferv. summ. priuileg. tit. 11. c.1. Aldrete de religiosa disciplina tuenda, lib. 1. cap. 2. n.4. & ideo Clerici Regularis, seu Monachi indistinctè coram suo Abbatे sunt conuenienti, vel accusandi, præterquam de grauissimis crimibus depositione dignis, Boër. decis. 271. n.5. Fr. Emman. quest. Regular. tom 2. q.6. art 1. vbi tenet quod attento iure communi nullum est in hac re constitendum discrimen inter Clericos seculares, & Regularis. Qualiter autem attento iure communi Monachi fuerint Episcopis subiecti, & postea per summorum Pont. priuilegia ab Ordinariis potestate exempti, dixi d. p.3; alleg. 105. à princ.

7 In ead.glossib. *Quae dat iurisdictionem*. Notatur ad hoc quod consuetudo iurisdictionem dare potest, post Bart. Iaf. Felin. Bald. & Roch. notat ex hac gloss. Cou. in reg. professor. p.2. §.3. n.1.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicatus ab uno Episcopo ab aliis est vitandus. Et Archiepiscopus per querelam adiutor absoluere non potest nisi primo remittat.
- 2 Absoluere non potest ab excommunicatione lata per sententiam generalem, vel particularē nisi ille qui eam tulit, vel eius successor, vel Superior.
- 3 Absolutus simpliciter ab excommunicatione præstata cautione de satisfaciendo, si non satisfaciat, non incidit in priorem excommunicationem, sed oportet, quod iterum excommunicetur.
- 4 Absolutus sub promissione de parendo mandatis, si non pareat, minime remanet excommunicatus.
- 5 Excommunicatus si appellat post decem dies index ex equitate debet admittere appellationem.
- 6 Sententia lata in matrimonialis causa, à qua prouocatum non est, praetextu appellationis corrigi, aut emendari nequit.
- 7 Excommunicatus nisi appellat intra decem dies, dempto absolusionis effectu non audiatur per viam appellationis, sed per viam simpliciter querela.
- 8 Metropolitanus potest adiri per viam querela quando sublatum est remedium absolusionis.
- 9 Excommunicans iniuste tenetur ad interesse.
- 10 Excommunicationis iniuste effectus, & an liget, remissio.

C A P. Ad reprimendam. VIII.

1 Excommunicatum ab uno Episcopo absoluere non debent alii Episcopi, ac etiam Archiepiscopus quamvis appellat ad eum, sed remittere tenetur ad excommunicatorem, qui si non vult eum absolvere. Archiepiscopus absoluat accepto iuramento quod

satisfaciet Episcopo in eo, super quo fuit excommunicationis iuste, & si non obedierit, reincidat appellatione remora. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Iban. Andr. Anan. Butr. Hentic. Imola. Felin. Panorm. Innoc. Holt. Anch. Barbat. Guid. Papæ. Viu. in ratione primi libri iur. Ponif pag. 430. Alagona in comprehend. iur. Canon. pag. 155 remissio Ximen. in concord. p.1. & 2. referetur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 20. s.2.

Tu verò Fr. Archiepiscopo, &c.] Aduerte ab excommunicatione lata per sententiam generalem, vel Particularē non posse absoluere nisi illum, qui eam tulit, vel eius successor, aut Superior. Valent. tom. 4. diff. 7. q. 17. puncto 8. Bonacina de censur. diff. 1. q. 13. puncto 1. n. 2. & 5. intellige de Superiori iurisdictione, putā in Episcopo ratione Archidiaconi, vel Parochi sibi subdit, prope in terminis gloss. vlt. cum sibi citatis c. ab Ecclesiarum, super hoc tit. & ideo Archiepiscopus cum non habeat directè iurisdictionem in subditos suffraganeorum, non potest à censuris latiis ab eis absoluere, Bonacina d. q. 5. puncto 2. n. 7. nisi quando à suffraganeo appellatum fuit ad Archiepiscopum, & cognitione de appellatione, vocatæque fuerint partes, Soar. tom. 5. diff. 7. sect. 2. n. 2. vbi etiam tenet indicem per appellationem non amittere iurisdictionem, & posse impendere absolucionem censurarum, quas tulit contra eum, qui à se appellavit, refert Bonac. d. q. 3. puncto 1. n. 8. quibus præhabitū intelligere debemus text. in praesenti dum habet Archiepiscopum per querelam aditum non absoluere, nisi primò remittat, vt procedat quando ad Archiepiscopum per simplicem querelam aditum, vel quando non fuit cognitione de appellatione vocatis partibus, sed quamvis hæc responsio sit communiter recepta ex verbo conqueritus, vt notauit gloss. hic, & Abb. n. 3. ac Zabar. 1. opus. 4. ex diametro tamen videatur offendere literam huius text. ibi, Cum excommunicationis sententia, &c. Quare facilis est solutio, quæ colligitur ex litera, agere scilicet Pontificem in praesenti de causa ab Archiepiscopo ad Episcopum excommunicationem remittenda, non ex debito necessitatibus, sed honestatis, ibi, Quasi Coepiscopo defens, quod non negat, imò exp̄s̄e concedit text. in c. per tuas, de sententia excommunicationis, ibi, Nisi voluntarius Episcopo d'ecclano deferre, quod eleganti triplemente explicavit Pont. in c. venerabilibus, §. 3. n. 2. de sent. excom. in 6.

Reducere non omittas.] Notatur ad hoc quod si quis fuerit simpliciter absolutus ab excommunicatione, præstata cautione de satisfaciendo, tunc etiam si non satisficerit, nequaquam incidit in priorem excommunicationem, sed oportet quod iterum excommunicetur, vt per Felin. col. 2. in praesenti, & ad hoc dicit hunc text. celebrem. Comar. in c. alma mater, p. 1. §. 11. n. 6. de sent. excom. lib. 6. Sic etiam absolutus sub promissione de parendo mandatis, si non pareat, minime remanet excommunicatus, sed requiritur noua subintratio in excommunicatione, Abb. hic no. 4. Gemini. in c. eos, §. 1. vers. quod si absolutus, & ibi Franch. n. 3. de sent. excom. lib. 6. Dec. conf. 145. sub n. 1. Ricc. d. lib. 4. c. 66. n. 14.

In glof. Suspendatur, ibi, Vel quandocumque possit appellari. Notatur ad hoc quod si excommunicatus appellat post decem dies, index ex equitate debet admittere appellationem, vt per proxim. Episcop. p. 1. verbo, appellatio, §. 11. pag. 24. non potest tamen se defendere in expensis parti aduersi debitis ratione contumaciae, Anton. Ricciul. de iure personarum extra gremium Ecclesie existentium, lib. 4. cap. 63. num. 20.

De Officio Iud. Ordin. Tit. XXXI. 271

6 In ead.gloss.ibi, Postea possit appellare. Notatur ad hoc quod sententia lata in matrimoniali causa, à qua pronocatum non est, ita assumit auctoritatem rei iudicatae, vt praetextu appellationis corrigi, aut emendari nequeat, Couar.de fonsalib.p.2 c.8.§.12.n.12.Steph. Gratiac. discept forens. 155.n.37.

In ead.gloss.ibi, Per simplicem querelam. Ex doctrina & similitudine huius gloss. colligunt Doctores communiter sententiam in causa matrimoniali, quae appellatione cessante in rem iudicata transiuit, veritate comperta non nisi remedio querela retractari posse, & ita procedere c.lator, & c.confanguinei, de re iudic. sequitur omnes hic, & in d.cap.lator, vbi Felin. n.4.Cou.de fonsalib p.2.c.vlt. §.vlt.n.13.versi.4. Marant. de ordine iudic. 3. p.6. n.151. & 155. Rot. Bononiensis. decif. 966. idem admittentes in aliis sententiis que in rem iudicata transiuentes retractari possunt, de quibus per Marant. d.loco, quamvis alij per viam supplicationis, restitutiois, sed per officium iudicis, vel conditionem ex lege retractari potest. Intellige querelam in proposito competere non tantum propter importat querimoniam, qua quis queritur de iudice iniuste granate, vt hic in specie huius texti, fieri enim recte potest vt sententia in causa matrimoniali secundum probationes, & merita cause iustissime, se contra veritatem prolatas sit, vt in d. c.lator, & in d. cap. confanguinei, verum etiam intelligitur querela, propter dicitur remediu principaliter competens, quo accusatio, actio vel petitio contra aliquem proponitur super eo, quod ex se iniustum est, iuxta l.querela, C.de falsi, c.de procurat. Sic Sanè super huiusmodi retractatione sententia necessaria adiri debet superior ille, qui principaliter etiam per viam querelæ competens est, veluti ordinarius, Sum. Pont. vel Legatus in sua prouincia, d. c.lator, & c.confanguinei, c. i. de officio legat. non autem Archiepiscopus respectu subditorum sui suffraganei, inter quos non nisi per appellationem competens est, c.i. in princ. de foro comp.lib.6. idque ex mente huius gloss. fatentur omnes praetitati, & alij, vt per addit.ad Bernard. reg 678.

7 In ead.gloss.ibi, Vnde per appellationem, &c. Notatur ad hoc quod excommunicatus nisi appellat intra decem dies, idem pro absolutionis effectu non auditur per viam appellationis, sed per viam simplicis querelæ, Abb. hic sub n.6.vers. sed quoad alios effectus, & in c.confanguinei, n.9. vbi Fel. n.2. de sent. & re iud. Ant. Ricc. d.lib.4.c.6.3. n.8. & 9. intelligentes quoad effectus tantum concernentes intereste partis. Et hinc colligunt Doctores quod Metropolitanus potest adiri per viam querelæ, quando sublatum esset remedium appellationis, vt per Marant. de ordine iudic. p.6. tit.de appell. n.15. cum seqq. & tit. de sent. ex com. n. vlt. quicquid dicat Cou.pract. 2. Intelligi enim potest, si per viam appellationis possit cognoscere, nam si suffraganeus committat aliquid iniustitiae in causa vel sententia sublatu remedio appellationis, tunc potest adiri Metropolitanus per viam querelæ, Praxis Episcop. d.verbo, appellatio, §.17. pag.24.

9 In gloss. Fuisse, ad fin ibit, An alter alteri teneatur ad interesse. Notatur ad hoc quod excommunicans infinitate tenetur ad interesse, vt Perez l.1. gloss. 3. pag. 181. col. 2. vers. queritur, tit. 5. lib. 8. Ordin. De effectibus iniustæ excommunicationis, & an liger, tollatque ipsam gratiam, agunt Anton. Ricciul. d.lib.4.c.1. per totum, & plures citati ab Aloys. Ricc. in praxi aurea resol. 134. n.4.

S V M M A R I V M .

1 Patriarcha non cognoscit de causa subditorum Archiepiscoporum.

episcoporum, & Episcoporum suorum, nisi per appellationem legitimam, aut vigore consuetudinis, seu privilegi.

- 2 Patriarcharum privilegia ubi referantur, ostenduntur.
- 3 Consuetudo, & privilegium equiparantur.
- 4 Toletanus Archiepiscopus per privilegium speciale gaudet prorogatu, & privilegiis quatuor versus Patriarchis concessis.
- 5 Patriarcha re, an vero nomine differant à Primatisbus, remissiu.

C A P. Deo simul. IX.

Patriarcha, vel Primas non potest cognoscere causas subditorum Archiepiscoporum, nisi quantum ius Canonico concedit, id est, si ad ipsum legitime appetetur, vel ex prescripta consuetudine, vel ex speciali privilegio Papæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Barbat. Anch. Innocent. Bald. Panorm. Anania, Butri. Imol. Guid. Papæ, Felin. Viuian. in ration. primi libri iur. Pontific. pag. 432. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 155. remissiu Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 5. Decretal. lib. 1. tit. 20. cap. 3.

Primates, vel Patriarchas nihil iuris, &c.] De prærogatiis, & privilegiis Patriarchis concessis egit late in meo tract de officio. & potest. Episc. p.1. tit. 3. c. 1.

Vel priuca illis consuetudo contulit ab antiquo.] Notatur ad hoc quod consuetudo, & privilegium aequiparantur, vt per Felin. in cap. accedentes, n. 6. de rescripto. Balb. de prescript. 1. p. 5. princ. q. 7. n. 55. Iason. in I. more maiorum, n. 42. cum seqq. ff. de iuris omnibus. Menoch. cons. 18. n. 31.

Speciali privilegio decrevit honorare.] Vnde nihil minus si Toletanus Archiepiscopus omnibus, & singulis prærogatiis, privilegiis, & insigniis, quæ quantu[m] veris Patriarchis quomodo libet competere potuerint, vti, & gaudere liberè, licetque possit ex speciali privilegio sibi concessio à Mart. V. incip. Martinus, Dat. Kalend. Aprilis 1422. & fui Pontificatus anno X. I. de quo egit d. tit. 3. c. 7. n. 11.

In gloss. Patriarchas, ibi, dimicatis est in nomine, dignitas est eadem. De hac questione utrum Patriarchæ, an vero nomine differant à Primatisbus, egit d. tract. de officio. & potest. Episc. p.1. tit. 1. c. 6. n. 7. & 8.

In gloss. Nicena, ibi, 75 dist. mos antiquus. Hic Canon declaratur d. tract. de officio. & potest. Episc. p.1. tit. 3. c. 3. n. 9.

In gloss. Patriarcha, ibi, Hierosolymitanus. De Patriarcha Hierosolymitano egit d. tract. de officio, & potest. Episc. p.1. tit. 3. c. 6.

S V M M A R I V M .

1 Archiepiscopus impeditus potest consecrationem sub Episcopi suffraganei alteri committere; & num. 2.

3 Episcopo ex ista causa possunt delegari & committir ea, quæ sunt Ordinis.

4 Causa meri imperij an sint delegabiles:

C A P. Quod Sedem. X.

A Archiepiscopus si legitima causa est, impeditus potest committere suas vices consecrandi Episcopum.

Z 4

272 Colle^ganea Doct. in lib I. Decretal.

scopum, alicui Episcopo suffraganeo Catholico, & habentи gratiam Sedit Apost. & conferandus debet accipere consecrationem ab eo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. But. Anch. Holt. Panorm. Barbat. Felin. Guid. Pape. Imol. Bald. Alciat. Henric. Viu. in ratione primi libri iur. Pontif. pag. 432. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 156. remissio Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decret. l. 1. tit. 20. cap. 4.

2 Hanc eandem concul. ex hoc text. desumit Quart. in summa Bullarij, verbo, Archiepiscopi autoritas, vers. quarta auctoritas, dummodo sit Episcopus, & ita suo Vicario Episcopo, ut resoluti Sbroz. de officio 3 Vicarij, l. 2. j. 10. n. 2. ea etiam qua sunt Ordinis, delegari possunt, & committi alicui Episcopo ex iusta causa, nempe Episcopo delegante absente, vel im- pedito. Cou. var. lib. 3. c. 2c. n. 3. quicquid dicat Sbroz. d. lib. 2. q. 12. n. 5.

4 Cuius ea auxeris committere das.] Pet hunc text. tenet Bart. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, n. 8. ad fin. ff. de officio Procur. licere de iure Canonico, delegare causas meri imperij, de quo vide Iaf. in lib. 1. n. 8. & 70. ff. de officio eius, Couar. lib. 3. var. c. 10. n. 1. D. Barbosa in l. cum Praev., §. 1. n. 1. 26. cum seq. ff. de iudicio. Et an & quando causae meri & mixti imperij sint delegabiles, vide Abb. in praef. ex n. 4. & Felin. n. 1. Bel- lug. in speculo Principium rub. 24. in §. maximum n. 4. vbi Camil. Borrel. in addit. lib. B. & C. Clar. lib. 5. §. fin. q. 42. n. 9. Seb. Vant. in tit. quibus modis sent. nullit. rep. n. 50. Martin. de Olano in aninom. lit. D. n. 26. cū seq. Joseph. Gonzal. var. q. 1. n. 1. à princ. & c. 23. Menoch. de arbitr. l. 1. q. 54 ex n. 1. & q. 74. ex n. 43.

S V M M A R I V M.

- 1 Archiepiscopus causam ad se per appellationem delatam subditis suffraganei committere valet, non tamen ad ipsam suscipiendam compellere potest.
- 2 Metropolitanus non potest trahere causas inter subditos Episcoporum, qui ad eius Metropolim spectant.
- 3 Archiepiscopus habet iurisdictionem in subditis suffraganeorum in causis tantum in iure expressis.
- 4 Archiepiscopus est ordinarius iudex omnium Episcoporum sua Provincia.
- 5 Episcopus absoluere potest excommunicatum à Prelato inferiori.
- 6 Archiepiscopus potest punire subditos suffraganeorum deniantes à confutidine Metropolitanae Ecclesie in diuinis Officiis.
- 7 Archiepiscopus habet iurisdictionem in subditos suffraganei per appellationem.
- 8 Episcopi ob negligentiam denoluntur potestas ad Archiepiscopum.
- 9 Archiepiscopus potest cogere Episcopum ut constitutas sibi Vicarium, quando non est idoneus ad regendum.
- 10 Delegatus Principis est dignior ordinario quoad causam delegatam.
- 11 Ordinarius absoluere non potest excommunicatum à delegato summi Pontificis.
- 12 Causa senec ad Curiam delata nunquam exit Curiam, nisi à Principe rursus ad indicem ordinarium remittatur.
- 13 Papa manus apposito facit, quod causa semel affeta Curialis semper remaneat Curialis.
- 14 Protestatio facienda est illi, cui negotium principale tangit.

15 Iudicandi murus est honor, & nobilitas ex iudicatu- ra canatur.

16 Sacerdos omnis quoilibet penitentes à quibus peccatis, censuris in articulo mortis absoluere potest.

17 Laius in articulo mortis à peccatis absoluere non potest.

18 Mortis in articulo non dicitur constitutus omnis transfractare volens, sed credens, aut dubitans probabilitate sese navfragaturum.

19 Oratione verbalis sufficit recusante creditore.

C A P. Pastoralis. XI.

AArchiepiscopus potest delegare causam sibi per appellationem delatam subditis sui suffraganei, qui nolunt delegationem acceptare, ab Archiepiscopo compelli non possunt. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Imol. But. Panorm. Henric. Holt. Felin. Viu. in ratione primi libri iur. Pontif. pag. 433. Alagona in compend. in Can. pag. 156. remissio Casal. in annat. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 20 c. 5.

Compellere negrit.] Notatur ad hoc quod Metropolitanus non potest causas tractare inter subditos illorum Episcoporum, qui ad eius Metropolim spectant, vt per Couar. de sponsalib. p. 2. c. 8. & 12. n. 12. & 4c. & prael. c. 9. n. 2. Nec etiam potest subditos sui suffraganei compellere causas delegatas ab eo suscipere. Steph. Quarant. in summa Bullarij verbo, Archiepiscopi auctoritas, n. 12. nam citra appellationis articulum nec partibus consentientibus aliquid cognoscere valet, Mohed. de c. 5. de appell. Aloys. Ricc. in collect. decisi. p. 4. c. 98. 9.

Exceptis quibusdam articulis.) Notatur ad hoc quod 3 Archiepiscopus habet iurisdictionem in subditos suffraganeorum in causis tantum in iure expressis, vt per Mar. Ant. Genuen. in praxi Archiep. Neapol. c. 70. n. 6. vers. 4. epimo.

L. ceteri Episcopos suos, &c.] Notatur ad hoc quod 4 Archiepiscopus est ordinarius index omnium Episcoporum sua Provincia. Botta. de Synodo, p. 3. tr. 1. sub n. 27. Gonzal. ad reg. S. Cancel gloss. 42. n. 16 Soar. de Pace d. prelat. 1. n. 17. Quarant. d. verbo, Archiepiscopi auctoritas, n. 10. vers. decima sexia, Marc. Anton. Genuen. d. c. 79. n. 7.

In gloss. In iunctum. Contra hanc gloss. posse Episcopum absoluere excommunicatum à Prelato inferiori, tenent Cou. in c. alma mater, p. 1. §. 12. n. 3. Soar. de Pace in prael. tom. 1. praelud. 1. à n. 10.

In gloss. Exceptis ibi, Primò cum deueniat, &c. Notatur ad hoc quod Archiepiscopus potest punire subditos suffraganeorum deniantes à confutidine Metropolitanae Ecclesie in diuinis Officiis, Quarant. d. verbo Archiepiscopi auctoritas, vers. vigesimo secundo, vbi aduerterit hodie super hoc esse constitutiones Pij V. super recitatione Romani Breuiarij, & de Missalis Romani ex decreto Concil. Trident. restituti approbatione.

In ead. gloss. ibi, Item si causa deferatur ad eum per appellationem Notatur ad hoc quod Archiepiscopus habet iurisdictionem in subditos suffraganei per appellationem, Quarant. vbi proxime n. 13. vers. decima octaua, Mar. Anton. Genuen. d. c. 70. n. 7.

In ead. gloss. ibi, Item quando Episcopus negligens est. 8 Notatur ad hoc quod propter negligentiam Episcopi deuoluitur potestas ad Archiepiscopum, Afflict.

De Officio Iud. Ordin. Tit. XXXI. 273

iu cap. imprialem, & præterea, n. 33. de probibita feudi alien. per Fed inter dom. & vas. not. 13. in fine, Quarant. vbi proximè, n. 21. vers. decima nona, Mar. Ant. Genuen. d.c. 7 c. n. 3. Veluti si Episcopus negligens fuerit in exequitione ultimæ voluntatis, Abb. hic in princ. Lancel. Corrad. in templo omittitur iudic. lib. 2 c. 4. sub num. 22. vel quando non vult exhibere auxilium iudici faculari, quia tunc potest adiri Meropolitanus, vt illum cogat. Cou. præct. cap. 10. sub num. 10. Vel quando negligens est in collatione beneficij, qui tunc denoluitur collatio ad Archiepiscopum post sex menses, c. 2. de concess. præbend. Vel quando Episcopus negaret dispensare, vbi patet ratio dispensandi, Borgal. in tr. de irreg. p. 2. fol. 28. sub rub. que dispensatio dicatur debita. Item Archiepiscopus potest cogere Episcopum, vt constituar sibi Vicarium quādo non est idoneus ad regendum, vel commode regere non potest, Abb. in c. quoniam, hoc iii. Sbroz. de officio Vicarii, lib. 1. q. 5. cogere etiam potest Episcopum, vt constituar economum, cap. in noua 16. q. 7. c. cum formis 9. q. 4. & vt constituar Archipresbyterum ruralem, iuxta c. fin. sup. de officio Archiep. Cate-ros alios caus in iure expressos, quibus Archiepiscopi sunt iudices competentes in causis subditorum suorum suffraganeorum, cumulant Quarant. d. verb. Archiepiscopi autoritas, vbi quadraginta refert, & Mar. Anton. Genueni. d. c. 70. viginti & octo colligit: & caus in hac glof. enumeratos non esse derogatos per Concil. Trid. adhuc Praxis Episcop. p. 1. verbo, appellatio, §. 13. pag. 23.

§. Præterea.

Delegatus Papæ, qui contumacem excommunicavit, vel petitorem in possessionem rei induxit, si moriatur, nemo neque Ordinarius potest hunc absoluere, excepto mortis articulo, & nisi delegato mortuo succedat alijs in onore, & honore, hic non posset; similiter spoliatus non potest recuperare possessionem per alium, quam per Papam, quia delegatus in ea causa est maior Ordinario; sed pro remedio ut interrupatur prescriptio, ne alijs post annum fiat verus possessor, spoliatus potest præstare cautionem, quod iuri patet coram Ordinario, & si non potest coram eo, saltem coram publicis, & honestis viris, & sic post annum recuperet possessionem à Papa. Colligunt Doctores in princ. text. citata.

¹⁰ *Quantum ad illud sit maior.*] Notatur ad hoc quod delegatus Principis est dignior Ordinario, Menoch. de pref. lib. 2. pref. 17. n. 5. Et dicitur maior quoad il- lam causam in qua est delegatus, Stephan. Gratian. discept forens. c. 111. n. 67. plures citati Doctores ad c. sane 11. sup. de offic. deleg. intellige respectu dignitatis, quia respectu firmatus est firmior iurisdictio Ordinarij, Marant. dispt. 1. incip. plerunque, n. 1. Corral. lib. 3. miscel. c. 19. n. 3. & 4.

¹¹ *Sine mandato Summi Pontif. excommunicatus, &c.]* Notatur ad hoc quod Ordinarius aboluere non potest excommunicatum à delegato Summi Pontif. vt per Molinam de iust. rom. c. tract. 5. dispt. 26. n. 1.

¹² *Nec per alium.*] Notatur ad hoc quod causa semel ad Curiam delegata nunquam exit Curiam, nisi à Principe rufus ad indicem ordinarium remittatur, vt per Hypol. sing. 30. 1. & conf. 8. o. n. 40. Bernard. reg. 2. 62. &c. alterius Francum dixi scriptum hunc esse ad hoc

¹³ singularem, Cou. præct. c. 9. n. 5. quia manus appositio Papæ facit quod causa semel affecta Curialis, semper remaneat Curialis, Mohed. dec. 12. de sent. & re iud. Rot. decis. 2. & decis. 43. de appellat. & decis. 2. 3. de rescript. in nouis, & decis. 8. de re iud. in antiquis refert

Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 5. collect. 1452. vers. infer- tur quinto.

Ac præstare.] Notatur ad hoc quod protestatio fa- cienda est illi, cui negotium principale tangit, vt per Palat. in repet. c. per vestras, de donas, inter virum, & uxor. § 27. n. 15.

Cum onere, & honore.] Notatur ad hoc quod iudi- candi munus est honor, vt per Tiraq. de nobilit. c. 2. 4. n. 4. Ludon. Miranda de ordine iudicario, q. 4. art. 3. propè fin. iudicatura enim nobilitas causatur, Pe- rez l. 4. tit. 15. lib. 2. Ordin. Amat. Roderic. in præf. de modo & forma videndi, seu examinandi processum, c. 1. num. 1c.

In gloss. Præterquam, ibi, *De quolibet genere excom- municationis.* Notatur ad hoc quod omnis Sacerdos quoilibet penitentes à quibusvis peccatis & censu- ris in articulo mortis abfoluere potest, vt per Cham- eron. de Sacram. tr. de Confessione dub. 16. cum seq. Be- nenuent. in præxi de Penit. c. 15. qnaatio 12. Ludou. Mi- randa in man. Prelat. tom. 1. q. 45. art. 11. concl. 1. Azor. inst. moral p. 1 lib. 8. c. 19. q. 5. Campan. in dñs. for. iuris Can. rub. 1. m. 110. Bonac. de Sacram. dispt. 5. q. 8. punct. 1. n. 9. & de censur. dispt. 1. q. 3. punct. 4. n. 3. ex antiquiori- bus refert plures Cened. ad Decretum collect. 4. n. 5. multo plures ego ipse de offic. & potest. Episcop. p. 2. alleg. 26. n. 50.

In ead. gloss. ibi, *Quidam dicunt contrarium quod, rungham licet laico absoluere à tali excommunicatione,* quia potest ei su curri post mortem. &c. Ita Palud. in 4. dispt. 17. q. 3. art. 5. concl. 7. Rip. de peste tit. de priuile. in d. caus. peste. n. 6. &c. citati à Sayr. de censur. lib. 2. c. 2. n. 3. & 4. Sed posse laicum absolutionem à censuris fac- cere in subdium, scilicet in defectum sacerdotis, dummodo liqueat de præambulo ordinis superioris, tra- lunt Nauar. in man. c. 26. n. 26. & in c. 1. n. 8. 4. de pa- nit. dispt. 6. Cou. in c. alma mater p. 1. § 11. n. 9. quos refert & sequitur Ioan. Baptista Costa de remed. sub- sid. remed. 12. 7. n. 34. plures apud Cened. ad Decretum collect. 42. n. 3. Bonacina de Sacram. dispt. 5. q. 7. puncto 1. num. 2.

In ead. gloss. ibi, *Sed hic volendum est an immineat naufragium, &c.* Aduerte non omnem transfractare volentem dici constitutum in mortis articulo, itavt à quilibet Sacerdote ab' olui valeat, sed credentem, aut dubitante probabiliter se naufragaturum, aut alias de vita periclitaturum. Vide Gambar. de casibus reservatis, c. 2. a. n. 16. Fr. Enman. in explic. Bull. & Cru- ciata, §. 9. dispt. 3. Benevent. d.c. 15. q. 7. Sanch. in prece- pta Decalogi, tom. 1. lib. 1. c. 13. n. 1. Bonacina d. q. 7. puncto 1. n. 10. & d. q. 3. puncto 3. n. 4. plures per me d. alleg. 2. 5. n. 52.

In gloss. *Ac præstare,* vlt. Notatur ad hoc quod oblatio verbalis sufficit recusante creditore, vt per Tiraq. de retrahit. conuent. § 4. gloss. 6. n. 21. Cott. in memor. verbo, oblatio, D. Barbosa in rub. ff. soluto matr. p. 1. n. 41. & in l. si mora, n. 5. eod. tit. & ita excusat à mora & impedit cutsum usuraram quando creditor expreſſe recusat premium oblatum recipere, Ruin. conf. 113. num. 1. lib. 1. Anton. Gabr. commun. tit. de so- lutione, conuel. 8. in princ. Caroc. in tract. de oblation. p. 1. quest. 7. num. 3. & seq. Maur. eod. tract. num. 4. Seraph. decis. 715. num. 3. Alexand. Trentacing. variar. reſol. lib. 3. tit. de oblation. ref. 1. n. 1. vers. sexto non proce- dit. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 786. num. 1. & 2. Marecot. var. reſol. lib. 3. lib. 1. cap. 57. numero 1. Quod si creditor non expreſſe recusat, sed simpliciter taceat nec reculando nec contradicendo sola verbalis oblatio non sufficit ad retardandum cur- sum usuraram, Ant. Gabr. d. concl. 8. n. 2. Caroc. d. q. 7. n. 5. Trentacing. d. ref. 1. n. 1. ad fin. vers. hoc conclusio.

Hæc

274 Collectanea Doct. in lib I. Decretal.

Hæc tamen non procedunt quando creditor habet iustam causam recusandi, Anton. Gabr. 4. conel. 8. n. 1. Roland. conf. 53. n. 4. lib. 1. Adrian. Negus. refp. 43. 1. n. 7. Marescot. d. c. 8. sub n. 9. vbi n. 9. subdit tria copulatiue requiri ad hoc ut verbalis oblatio excusat à mora; primò quid sit facta purè, non conditionatiter; secundò quid creditor expresse eam recusavit; tertio quid non habeat iustum recusandi causam.

S V M M A R I V M.

- 1 Papa per rescriptum, quo mandat ordinario, ut subditos suos corrigat, non facit ex hoc ipsum delegatum.
- 2 Papa quando Episcopo committit id quod semota commissione ad illius spectabat potestatem, non delegata iurisdictio de novo tribuitur, sed ordinaria, nisi in commissione adiecta fuerit clausula, auctoritate nostra, vel tanquam delegatus a nobis.
- 3 Rescripta sunt stricti iuris.
- 4 Monasterium nullum est, in quo præfatio, vel consuetudine non sit obtentum, ut Prelatus cognoscat etiam præfatio ad Episcopum de dictis suorum subditorum Regularium.
- 5 Regularis non possunt appellare à suorum Superiorum iusti mandatis, & correctionibus.

C A P. Licet in corrigendis. XII.

- 1 **M**andatum Papæ datum Episcopo de corrigendis subditis remota appellatione, non facit ex hoc ipsum delegatum, sed Ordinarius manet ut antea; ac proinde subdit in casibus in quibus de iure poterant, & nunc possunt appellare ad Archiepiscopum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Barbat. Bald. Butr. Panorm. Host. Felin. Anch. Innoc. Viu. in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 436. Alagona in compend. iur. Canoni. pag. 157. remissive Cened. collect. 157. Catal. in arrot. & Ximen. in concord p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. l. tit. 19. c. 6.
- 2 Collige ex text. quid quando Papa Episcopo committit id quod semota commissione ad illius spectabat potestatem, non delegata iurisdictio de novo tribuitur, sed ordinaria, quam iam habebat, excitari videtur, itavt ab Episcopo in his terminis ad Sedem Metropolitanam appellandum sit, vt per Iason. in l. iur. tit. 1. n. 2. ff. de iud. & ure, Steph. Quarant. in sum. Bullar. verb. Archiep. autoritas, pag. mibi 58. Menoch. de pref. lib. 1. pref. 16. n. 24. Cened. ad Decret. collect. 157. n. 1. D. Barbola in l. cum Prator. §. 4. n. 34 ff. de iud. ampliantes prædicta procedere etiam si commissio fiat per verbum *præcipimus*, per hunc text. ibi, *recepit in mandatu*, vbi Abb. n. 8. Felin. 3. idem Felin. in c. eam te, n. 1. sup. de rescript. Guillelm. in l. sepe, contra doctrinam gloss. iti, ff. de officio Praefidis, nisi in commissione adiecta fuerit clausula, auctoritate nostra, vel tanquam delegatus a nobis, aut similiter, tunc enim videatur superior iurisdictionem ordinariam inferioris mutare in delegatam, Menoch. de arbitr. q. 12. an. 4. Azened. in rub. tit. 9. lib. 1. noua recip. n. 17. & 18. Molina de iusti. tom. 6. iurat. 5. disp. 24. n. 1. vers. quando vero, D. Barbola d. §. 1. n. 35. Erafm. à Cochier. de iurid. ordinari. in exemplis; p. 2. q. 14. Aloys. Ricc. p. 1. collect. 413.
- 3 *Quia tamen intentionis nostra non fuit, &c.]* Notatur ad hoc quid rescripta sunt stricti iuris, vt per

Traq. in l. si unquam, C. de revocando donat. verbo, libertis n. 55.

Viros Religiosos.] Advertit Cened. d. collect. 157. n. 2. quid nullum est Monasterium in quo præfatio, vel consuetudine non sit obtentum, ut Prelatus cognoscat etiam præfatio ad Episcopum de delictis suorum subditorum Regularium.

In gloss. *Interclusum*. Notatur ad hoc quid Regularis non possunt appellare à suorum Superiorum iusti mandatis, & correctionibus, quæ sunt secundum statuta Regulæ, vel ordinis; aut ad effugientiam disciplinam Regularis, si vero ipsam excedat in corrigendo, tunc Regularibus appellare licet, Nauar. conf. 1. de sens. & re iud. in antiqu. & conf. 1. de applic. in nouis, Fr. Emman. q. regul. tom. 1. q. 29. art. 2. Say. in clavi. Regia lib. 1. 2. c. 17. n. 38.

S V M M A R I V M.

- 1 Prelati subditos suos corrigeret & reformare dolens appellatione remota, vel consuetudine non obstante. Si tamen Capitulum consuevit corrigerem excessus Canonorum si sit a terminum ab Episcopo prafigendum non facit, ipse Episcopus hoc faciet.
- 2 Consuetudo impediens subditorum correctionem nulla est.
- 3 Index quando est ordinarius iure quodam speciali se negligens fierit, sua iurisdictionem ad superiora denegetur.
- 4 Canonici in materia favorabili veniunt appellatione Clericorum.
- 5 Episcopus potest praesigere terminum Canonici, intra quem ipsi Ecclesiæ presideant.
- 6 Iurisdictione præscriptione acquiritur.
- 7 Consuetudo iurisdictionem tribuit.
- 8 Iurisdictione spectat ad solum Episcopum de iure communis.
- 9 Dissimilare subditorum excessus est peccatum mortale in Prelato, & Principe.
- 10 Canonici singulares de Capitulo sunt minores Capitulo.
- 11 Iurisdictione spectat ad Episcopum de consensu Capituli.
- 12 Beneficiorum collatio in Ecclesia Cathedrali vacante periret ad Episcopum unam cum Capitulo.
- 13 Cessatio à diuinitate solum ab Episcopo, non vero à Capitulo sine ipsius auctoritate fieri potest.
- 14 Episcopus tangam Sedis Apst. delegatus primit Canonicos sui suffraganei cessantes à Diuinitate ad querelam ipsius suffraganei.
- 15 Index Ecclesiasticus Zele correctionis, & punitionis aliquando, vel statu, vel sententia quadam delata punire potest pecuniaria pena, ubi ea magis timetur.

C A P. Irrefragibili. XIII.

Episcopus debet corrigere defactus, & informare mores subditorum, & præcipue clericorum, non obstante consuetudine, & remota appellatione, nisi Episcopus in talibus excedat modum. Item vbi est talis consuetudo Capitulum corrigat excessus Canonorum Cathedralis Ecclesie ad iussionem Episcopi infra certum tempus ab eo deputandum, alioquin Episcopus corrigere debet per censuras. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innocent. Henric. Hoffm. Panorm. Imol. Anan. Butr. Bald. Felin. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 437. Alagona in compendio iuris

De Officio Iud. Ordin. Tit. XXXI. 275

- iuris Canonici*, pag. 157. remissiū Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 4. Decret. lib. 1. tit. 1. 3. c. 1.
- 2 *Nulla consuetudo, &c.*] Notatur ad hoc quod consuetudo impediens subditorum correctionem nulla est, ut per Abb. hic n. 3. Roch. in c. 1. fol. 13. in 4. ampliat.
- 3 *Excessus tamen, &c.*] Notatur ad hoc quod quando iudex est ordinarius iure quodam speciali, si negligens fuerit, sui iurisdictionis ad superioriē deuolutur, ut per Menoch. remed. 13. retin. n. 15. plura de excessu refert. Auendan. de exequendis mand. p. 1. c. 14. num. 3.
- 4 *Canonorum.*] Notatur ad hoc quod appellatione Clericorum veniunt Canonici, vt per Put. lib. 3. decif. 92. num. 2. Abb. in cap. cism tibi, num. 1. & 3. & Butr. ibi in si. de verbis signific. Bero. conf. 3. num. 29. & seq. vol. 1. Federic. conf. 71. Bursat. conf. 287. n. 6. vol. 3. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 2. num. 4. vbi n. 28. resolutum in materia stricta non venire Canonicos appellatione Clericorum, dixit latè de appellatiuā verborum utrumque iurius signific. appell. 5. 1. n. 3.
- 5 *Iura terminum competenter.*] Notatur ad hoc quod poterit superior per appellationem, licet non possit euocare, præcipere inferiori, vt intra certum tempus causam decidat, & definit, Rebuff. tom. 1. ad leges Gallie, tract. de euocatione. in prefat. q. 5. n. 55. Notatur etiam in arg. quod potest Episcopus præfigere terminum Canonici (si ad eos solum pertineat electio, si vero ad eos, & Episcopum insimul, Archiepiscopum) intra quem secundum consuetudinem, & Ecclesiæ facultates ipsi Ecclesiæ prouideant, ut per Holt. in c. ex parte, verbo, credens il. 1. de concess. prob. vbi Panorm. n. 5.
- 6 *Qui consueverunt, &c.*] Notatur ad hoc quod iurisdictionis præscriptione acquiritur, Cou. in reg. possef. p. 1. §. 3. n. 1.
- 7 *Qui talēm habent, &c.*] Notatur ad hoc quod consuetudo iurisdictionem tribuit, vt per Palat. in repet. c. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. notab. 2. §. 1. n. 27. Iason. in l. imperium, p. 20. col. 1. ff. de iurisa. omnium iud. Nam attento iure communi solum speccabat iurisdictione ad Episcopum, vt per Putenam lib. 3. decif. 92. n. 1.
- In gloss. *Ne sanguinis eorum.* Aduerte dissimilare subditorum excessus esse peccatum mortale in Prælato, & Princepe, Cofm. in pragm. sanct. in proem. §. que omnia, verba, dissimilare, fol. 4. 4. verso. impunitas enim est iniuria soboles, insolentia mater, radix imprudentiae, & transgressionis nutritrix, ex Sanctorum Patrum testimonio. Ego ipse de officiis potest. Episc. p. 1. tit. 3. gloss. 12. n. 5. nam Prælatus intueri debet ne, dum immoderatus custoditur virtus humilitatis, solvantur iura regiminis, cum lenitas manufactudinis sine rectitudine severitatis, & zelus rectitudinis sine manufactudine non debeat inueniri: interdum tamen dissimilare debet Episcopis multa connire; & omnia sic moderari pro loco, & tempore. Ego ipse d. gloss. 12. n. 13.
- 10 In gloss. *Per Capitulum, ibi.* Cum quilibet eorum sit par ei, vel forte minor illo. Notatur ad hoc quod singulares Canonici de Capitulo sunt minores Capitulo, & sic Capitulum est maius & superiorius singularris Canonici, vt per proximam Episc. p. 2. verbo, Concil. un. .3. pag. 4. Canonici dicuntur à Canone, id est, regula, vel statuto c. 1. dif. 3. vbi dixi eo quod in priuinita Ecclesia omnes Canonici cum suo Episcopo sub circa regula, mensaque communi viuebant, cap. dilectissimus 12. q. 1. Zerol. in praxi Episc.
- verbo Canonici §. 1. Anton. Fab. tit. de duplice benef. n. 27. Illust. D. mens Roder. à Cunha in com. ad c. sanctorum 2. n. 21. dif. 70. vbi reprobatur Petr. Greg. synagm. lib. 1. 5. c. 2. 3. Azor. in inst. moral. p. 2. lib. 3. c. 1. q. 1. Quintana. lib. 4. n. 2. 5.
- In ead. gloss. ibi, *De Capitulo ad Episcopum.* Notatur ad hoc quod iurisdictione spectat ad Episcopum de consenu Capituli, vt per Putenam decif. 92. n. 3.
- Notatur etiam ad hoc quod collatio beneficio in Ecclesia Cathedrali vacantium pertinet ad Episcopum vna cum Capitulo, Rendina in prompt. recept. sent. p. 1. tit. 7. n. 9.

§. Cæterum.

Canonici si absque causa rationali cessant à diuinis, v. g. per interdictum, maximè in contemptum Episcopi; Episcopus hoc non obstante debet celebrare in Cathedrali, & Metropolitanus tanquam delegatus Papæ ad querelam Episcopi re cognita Canonicos castigare. Colligunt Doctores in princ. text. citati.

Committit allegatut iste §. ad hoc quod cessatione à Diuinis solum ab Episcopo, non verò à Capitulo sine ipsius auctoritate fieri potest, vt per Couar. in c. alma mater, p. 2. §. 2. n. 6. Henric. in sum. lib. 1. 3. c. 5. 4. in princ. Tolct. in sum. lib. 1. c. 5. 6. n. 2. Fr. Emman. q. regul. tom. 2. q. 117. art. 1. Anil. de censur p. 6. dif. 1. dub. 1. Sayr. cod. tract. lib. 5. c. 17. n. 2. Soart tom. 5. dif. 9. felt. 3. à n. 2. etiam resoluentes fieri posse cessationem à diuinis à Capitulo Sede vacante, vel collegiis, & Monasteriis habentibus iurisdictionem fortiori exterioris, vel si ex consuetudine, aut privilegio hanc potestatem cessandi à diuinis specialiter acquisuerunt, per text. in c. si Canonici, ibi, ex consuetudine, hoc tit. lib. 6. & in Clem. 1. vers. in cessationibus, de sent. excom. Verum licet haec opinio recepta sit ab omnibus, tamen verius credo Capitulum etiam non vacante Sede Collegia, & Conuentus, & semota aliqua speciali consuetudine, cessationem indicere posse, vt deducitur ex ratione d. Clem. 1. vers. in cessationibus, ibi, quia ipsos hoc unico lumine ad repellendas iniurias eis factas priuare nolumus, quæ verba sua supponunt agere text. de his, qui iurisdictionem non habent fortiori exterioris, tunc enim cessationem vnicum lumen non diceret: nam text. in presentis non simpliciter concedit Episcopo relaxare cessationem factam à Capitulo sine ipsius consensu, sed factam sine causa rationabili, vel in eius contemptum, & faciunt que Menoch. de arbitrio. cas. 180. n. 1. cum seqq. Text. verò in d. c. si Canon. ibi, ex consuetudine, referri potest ad consuetudinem generalem, quæ admisit, vt Capitulum, & Conuentus ex praedicta ratione cessationem dicere valeat.

Tanquam super hoc delegatus à nobis.] Collige ex text. illum, cui à lege committit iurisdictione qualis est Metropolitanus, de quo in praesenti, non Ordinarius, sed delegatus censeri obseruant Abb. & DD. hic, gloss. vlt. in c. ad abolendam, per text. ibi, de heret. gloss. 2. in c. per hoc, illo tit. in 6. gloss. verbo auctoritate, in cap. vni. de Clericis agrot. ead. lib. resolutum Simanch. de Cathol. inst. c. 25. numero 6. facit Trid. sess. 5. de reform. cap. 1. & sess. 6. cap. 2. 3. & 4. & aliis in locis, in quibus Episcopi delegati constituantur in illis casibus in quibus per Concil. Trid. Episcopis constitutit potestas, quæ antea eisdem competit. Nec obstat, quod Ordinarius in his, quæ fibi à Papa committuntur, si aliis ad eius spectant iurisdictionem, non delegatus, sed ordinarius est, in c. licet, hoc vbi Abb. n. 3, refert plures Boët. decif. 252. n. 5. & confit.

276 Collectanea Doct. in lib. I. Decretal.

constat Metropolitanum habere alias attento iure potestatem circa querelas Episcoporum, ex c. 1. 79. dist. & ex c. si inter Episcopos 6. q. 4. Respondetur enim supradictae obiectiois fundamenta procedere in dubio, non vero quando ex verbis, vel aliunde constat nouam, & delegatus potestatem concedi, veluti quia concedens vituit illis verbis, vt delegatus a nobis, vel auctoritate, seu vice nostra, tunc enim quantumcumque potestas concedatur Ordinario ad quem iure communis pertinebat, & priuilegium, exemptiones, aut cetera impedimenta contraria tollantur, non dicitur ad iuris communis terminos restituiri, sed iuxta verba, vel mentem concedentis nouam, & delegata potestas conceditur, prout in specie probat text. in c. cum al. quibus, versic. nisi, de re script. in 6. & ita contingit in hoc text. & in d. c. ad abolen-
dam, & in plerisque aliis Concil. Trident. decretis in quibus conceditur potestas Episcopis ordinariis, ad quos cessantibus priuilegiis, & sumilibus impedimentis iure communi competebat, sed adiicitur, vt tanquam Sedis Apostol. delegati, vel auctoritate Apo-
stolica faciant.

Nec etiam obstat declaratio Illusterr. Cardinalium ad Concil. Trident. sess. 2. 4. de reformatione c. 10. vbi Episcopus, vt Sedis Apostol. delegatus visitat, & tamen declarantur Illusterrimi appellationem quoad eff. cum deuolutum interponendam esse ad Metropolitatum, unde necessario sequebatur Episcopos in specie non censi delegatos, a quibus non ad Metropolitanum, sed ad delegantem appellatur, ex c. su-
per questionem, & porro, de officio delegati. Responderetur enim de illa declaratione penitus non constare, praesupposito vero quod ita emanaret, procedere necessarium debet in specie de qua loquitur, vbi non apponuntur absolute illa verba, vt delegatus, sed dicitur etiam tanquam delegatus, plane particula, etiam, exprimit unum calum, & aliud includit, & supponit, vt per citatos a me ipso in remissionibus de dictioribus, & clausulis distinctione 9. 5. n. 4. & ita sit sensus, quod Episcopus ibi subtilis omnibus impedimentis non solum tanquam Ordinarius ex potestate iure communis competente, verum etiam vt delegatus faciat, & quia in his terminis Episcopus utramque potestatem, scilicet ordinariam, & delegatam exercere potest, in dubio si contrarium non constat, censetur ut potius ordinaria potestate, & ita firmiori, vt adiicitur Dec. in c. cap. il 2. n. 2. d. officio delegati. Corral. lib. 3. miscel. c. 19. ac proinde in dubio ab Episcopo illo tanquam ab Ordinario ad Metropolitanum appellabatur, vt praefata declaratio decrevit, quae alias non procedit si appareat quod non Ordinarius facit, sed tanquam delegatus quia in hoc casu ab eodem non ad Metropolitanum, sed ad Sedem Apostolicam appellabatur, ex d. s. porro.

14. *Et Metropolitanus ad querelam ipsius, &c.]* Notatur ad hoc quod Archiepiscopus tanquam Sedis Apostol. delegatus punit Canonicos sui suffraganei ceillantes a diuinis, ad querelam ipsius suffraganei, vt per Mar. Ant. Genuen. in praxi Curie Archiep. Neap. c. 70. num. 1. 3.

§. Prouideant.

Prælati in impositione pœnaruim canere debent à quæstu pecuniae, & ab omni alio granamine, quia Papa inuigilat castigando. Colligunt Doctores in principe texti citati.

15. *Ac quæstum pecunia.]* Notatur ad hoc quod potest index Ecclesiasticus zelo correctionis, & punitionis aliquando, vel statuto, vel sententia quædam delicta

pecuniaria multa punire, vbi ea magis timetur, vt per Conat. var. lib. 2. c. 9. n. 9. quam Episcopus ad effigiendam anaritiae suspicionem in propriam conuertendo vitalitatem sibi retinere non potest, sed in piis usus erogare, vt exprefse præcipitur decreto Concil. Trident. sess. 2. de reform. c. 3. & 14. nisi ipse Episcopus admodum pauper esset, quia tunc eam sibi assume-re posse decidit Sacra Congr. teste Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decr. 3. 49. in 1 edit. & resol. 300 n. 3. vers. limita, in 2. edit. refero ego ipse de officio & potest. Episc. p. 3. alleg. 107. n. 19.

S V M M A R I V M.

- 1 Populi diversarum linguarum quando sunt in civitate, vel dieceesi, qui secundum varietatem linguarum officia eis celebrent, & Sacraenta ministrent.
- 2 Episcopus vbi in dieceesi habet populus diversarum linguarum, teneat constitutre sibi Vicarium non tantum Clericum, sed Episcopum illius lingue.
- 3 Elecio Episcoporum ut fiat in eodem Regno, de eadem natione, & lingua virilissimum est.
- 4 Coadjutor datur inhabili, & illiterato, qui non potest muneri sibi immuno incumbere.
- 5 Vicarium constitutere cogitur Episcopus.
- 6 Index Ecclesiasticus & secularis mutuo sibi praefare tenent auxilium in execundis mandatis, & sententiis.
- 7 Principium præteriti temporis regulariter pœnam ipsius inducit.

C A P . Quoniam. X I V .

1 POpuli diversatum linguarum, & rituum sub Romana fide, quando sunt in una civitate, vel dieceesi, vnius tantum debet esse Episcopus, qui prouideat de idoneis ministeriis ad docendum, & ministrandum Sacraenta in diversis linguis, & si necessitas virget, potest habere suffraganeum Praefulem pro aliqua lingua, qui sibi subsit, & non Metropolitanus. Coligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Henric. Ioan. Andr. Panorm. Felin. Bald. Butr. Imol. Anan. Innoc. Host. Anch. Vii. in ratione primi libri iur. Pontif. pag. 441. Alagon. in compend. iur. Can. pag. 157. remissione Calaf. in annos. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 4. Decret. lib. 1. tit. 13. cap. 2.

2 Probat hic text. quod quando sunt in civitate, vel dieceesi populi diversarum linguarum, si virget necessitas, teneat Episcopus constitutre sibi Vicarium non tantum Clericum sed Episcopum illius lingue, vt per Abb. hic not. 3. ponentem exemplum in civitate Constantinopolitana, & in multis locis Calabriae, & in civitate Tridentina, in qua adiunt Teutonicos, & Itali & in civitate Meten. in qua adiunt Galli, & Teutonicos, refert Sbroz. de officio Vicarij, l. 1. q. 3. n. 16. & 17. adiuvens eum Abb. not. 4. in istis civitatibus esse constitudos Vicarios, qui Episcopi sunt, & non habent administrationem Episcopatus.

3 Vnde colliges quæcumque fit communis & viile si elecio Episcoporum fiat in eodem Regno, de eadem natione, & lingua, vt per Camil. Borrel. de Regis Catholicis præstantia, cap. 1. & in summa omnium decisorum, tit. 6. n. 2. De linguarum similitudine, & diversitate plura tradit. Lud. Gom. in reg. Cancellaria de idiomate, sub qua reg. comprehenduntur Episcopatus.

ens, Archiepiscopatus, & Patriarchatus, sed hodie ad eos prouisi taciti dispensari censemur cum conferantur per Pontifices consistorialiter, & causa cognita, videlicet si persona nota sit, alias non intendunt Pontifices Episcopatus alienigenis conferre, ebona, in fin. de postul. Pral. nec etiam concedere mandata de prouidendo exteris, nisi intelligent & sciant loqui idioma illius regionis, in qua beneficia consistunt, ut notat Rebuff. in praxi ad d. reg. de idiomate, gloss. 1. ver. ideo non solet, & maximè quando ex confit. Ecclesie pronitus illius linguae expers esse non debet: vt accedit Aeneo Sylvio, qui ideo se Canonatus repulsam in Vangionibus pallum scribit, quod Italus Germana Vangionum Ecclesie constitutione iis excluderetur Sacerdotiis, Aenea. Sylv. epist. 170 ad Decannum Vormatensem, Chepin. de sacra politia, lib. 1. tit. 3. n. 17.

4 Sed si proper predicit a causas, &c.] Notatur ad hoc quod coadiutor datu inhabili, & illiterato, qui non potest muneri sibi iniunctu incumbere, vt per Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 1. §. 9. n. 29. vbi r. 10. dicit quod tunc coadiutor absesse non poterit, ne sit melioris conditionis stultus, quam literatus de, quo plures citati Doctores ego ipse de officio & potest. Episc. p. 3. alleg. 43 n. 78.

5 Constitutus sibi Vicarium,] Notatur ad hoc quod Episcopus cogitare Vicarium constitutere, vt per Boët. decif. 34. .6. Colm. in pragm. anci. tit. de collationibus, verbo, Vicarius, solubilis 2. 53. Azor. inst. moral. p. 2. lib. 3. c. 29. q. 5. ver. quo loco, Sbroz. de Vicario Episcopi, lib. 1. q. 6. Rota tamen amplexa est contrarium, vt in decimibus relatis ab Aloys. Ricc. in collect. decif. p. 5. collect. 1602. & à me d. tract. de officio & potest. Episc. p. 3. alleg. 4. 125. An vero possit binos constitui, vide ibi n. 127.

6 Brachio seculari, &c.] Notatur ad hoc quod iudex Ecclesiasticus, & secularis mutuo sibi praestant, ac praestare tenentur auxilium in exequendis mandatis, & sententiis, vt per Couar. præst. 10 n. 1. Marant. disp. 1. n. 26. Et verba, si necesse fuerit, aperte indicant nonnisi in subsidiis brachium posse secundare expostulari, vt per Franc. Molin. de brachio seculari, c. 8 n. 18. & citatos à me sup ad c. 1. in fine, hoc tit.

Excommunicationis nouerit se mucrone percussum.] De hac excommunicatione vide latè Bonac. de censoria, extra Bullam Cœna disp. q. 4. punto 4.

7 In gloss. Mucrone percussum, ibi, & ita est canon la- sententia. Notatur ad hoc quod participium praeteriti temporis regulariter pœnam ipso iure inducit, vt per Tiraq. in l. si vnguam, verbo, reveratur, a n. 32. & 71. Gonjal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 56. n. 34. Coriolan. Capuccin. de casibus rescript. p. 2. casu 3. n. 49. vers. de participio, pag. 501.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopi qui per se non possunt, tenentur assumere idoneos, qui suppleant sui loco quoad predicationes, visitationes, & confessionum auditiones.
- 2 Episcopi si legitimo detineantur impedimento viros idoneos ad sancta predicationis officium salubriter exequendum assumere debent.
- 3 Vicario non licet diœcesim visitare absque speciali concessu.
- 4 Conuentualis Ecclesia dicitur in qua est collegium clericorum sub secularium, sine regularium.

Tom. I

C A P. Inter cætera. X V.

E Piscopi si impediti non possunt per se, assumere debet idoneos coadiutores, qui visitent, doceant verbo, & exemplo, audient confessiones, iniungant pœnitentias, &c. &c. Episcopus prouid. re debet illis de necessariis. Item in Ecclesiis Cathedralibus, & Conuentualibus ordinantur similes idonei ad supradicta. Colligunt ex Ord. Abb. antiqu. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Buer. Panorm. Host. Felin. Anch. Innoc. Bald. Viu. in ratione, primi libri iur. Pontif. pag. 442. Alagona in compendio. Can. pag. 157. referunt ab Ant. Aug. collect. 4. Decret. lib. 1. tit. 13. c. 3. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2.

VI Episcopi viros idoneos ad sancta predicationis, &c. [Notatur ad hoc quod Episcopi, si legitimo detineantur impedimento, viros idoneos ad sancta predicationis officium salubriter exequendū, affumer debent, concordat Conc. Trid. eff. 5. de reform. c. 3. & eff. 2. 4. de reform. c. 4. Ego ipse de officio & potest. Episcop. p. 3. alleg. 76. n. 4. Menoch. de arbitr. casu 424. n. 1. Sbroz. de officio Vicarij, lib. 1. q. 2. n. 7. nisi ex confutidine ab immemoriali tempore murus deputandi prædicatorem aliis pertineat, prout in sacra Congreg. decimum referunt praxis Episcop. p. 1. verbo, prædicatio, §. 7. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesi. p. 1. c. 8. lib. n. 4. Aloys. Ricc. in collect. decif. p. 5. collect. 1766. Campan. in diversorio iuris Canon. rubr. 12. c. 13. n. 14. Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarre lib. 4. tit. 10. 1. de prædicatoribus sacra Scriptura, n. 2. vbi n. 11. & 15. refert decimum electionem, & deputationem prædicatoris ad filios Episcopos in eorum Ecclesiis Cathedralibus spectare, nulla habita ratione cuiuscunq[ue] confutidine etiam immemorialis.

Cum per se iudicem nequinerint.] Notatur ad hoc quod Vicario non licet diœcesim visitare absque speciali Episcopi concessu, vt per Sbroz. de offic. vicar. lib. 2. q. 1. 10. n. 2. Azor. inst. moral. p. 1. lib. 3. c. 45 q. 4. Vgolin. de offic. Episc. c. 4. §. 7. ver. tercio nec visitare, Narbona de appella. à Vicario ad Episcopum, p. 1. n. 2. 24.

Quam in aliis Conuentualibus Ecclesiis.] Conuentualis Ecclesia dicitur in qua est Collegium clericorum sub secularium, sine Regularium, Azor. inst. moral. p. 2. lib. 3. c. 32. q. 9. ver. insuper.

In gloss. Predicationis, in addit. ibi, contrarium significauerunt, &c. Vide Sbroz. dict. q. 2. n. 8.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus in Ecclesiis sua diœcesis debet esse consensus iuribus Episcopilibus, & qua sint ponuntur.
- 2 Collatio beneficiorum dicitur ex fructibus Ordinarij collatoris.
- 3 Episcopi de iure communii fundatam habent intentionem in collatione beneficiorum sua diœcesis.
- 4 Synodus diœcesanam qualiter, & quando teneatur Episcopus congregare, remissione.
- 5 Cathedratum ius quale dicatur, remissione.
- 6 Solidi solundi sunt secundum taxam qua antiquitus solum consueverunt.
- 7 Ius Cathedratum à qualibet Ecclesia totius diœcesis, praterquam à Monasteriis soluendum est.
- 8 Quararia decimationum Episcopis debetur ex omnibus decimis Ecclesiastum Parochialium suorum Episcopatum.
- 9 Episcopi de iure communii fundatam habent intentionem in qua terceta Decimationum.
- 10 Visitare quando teneatur Episcopus, remissione.
- 11 Procuratio Episcopis quando debetur, remissio, & Charitate.

278 Collectanea Doct. in lib. I. Decretal.

- 12 Charitatium substdium an & quando, & à quibus exigi possit, remissiæ.
- 13 Moneta valor iuxta quod tempus inspicieundus sit, contractus ne, an solutionis, remissiæ.
- 14 Episcopalia iura, nisi quæ à iure expressa sunt, nemo tenetur solvere.
- 15 Visitate posse locorum Ordinarij quoties aut necessaria causa, aut recepta consuetudo postulauerit.

Cap. Conquerente. XVI.

Honor. III.

- E**piscopalia iura, quæ Episcopus exigere potest in Ecclesiis sua dictecessi, etiam si sint subiectæ Regularibus, sunt canonica obedientia, iurisdictio, subiectio, reuerentia, insitutio, destitutio, correccio, confirmatione, censura Ecclesiastica, iurisdictione omnium causarum spectantium ad forum Ecclesiasticum, penitentia, collatio sacerorum, Synodus, duo solidi synodatici, vel cathedralici, quarta decimationum, & mortuariorum visitatione annua, & post unam visitationem si alias visitet, non potest aliquid exigere nomine procuracionis & in prima visitatione, nisi quantum moderatæ poterunt exhibere pensatis facultatibus Ecclesiistarum, auxilium charitatium moderatum, si manifesta, & rationabilis causa exigat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Ioan. Andr. Pellam. Innoc. Henric. Panorm. Imol. Anan. Butr. Bald. Felin. Anch. Henric. Petr. Gregor. Viu. in ration. primi libri iur. Ponif. pag. 443. Alagona in compend. iur. Canov. pag. 158. remissiæ Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.
- Collationem.** Notatur ad hoc quod collatio beneficiorum dicitur ex fructibus ordinarij collatoris, ut per Menoch. conf. 83. n. 2. Quia in collatione beneficiorum sua dictecessi Episcopi de iure communis fundatam habent intentionem, Gonza. ad reg. 8. Cancel. §. 1. proæm. n. 21. Valer. Reginald in praxi fori penit. lib. 30. tract. 3. n. 239. Cardin. Seraph. deci. 1353. n. 2. Ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 1. alleg. 72. n. 177.
- Synodus.** In synodus dictecelanum qualiter, & quando teneatur Episcopos congregare, dixi ego ipse d. p. 3. alleg. 93.
- Sen Cathedralici.**] De Cathedralico iure vide Zezel. in praxi Episcop. p. 1. verb. Ius Cathedralicum, Aloys. Ricc. in praxi aurea, ref. 182. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p. 2. c. 4. n. 5. & alios quos refero ego ipse d. p. 3. alleg. 86. à n. 40.
- Nomine duos solidos.**] Huiusmodi duo solidi soluendi sunt attenta varia Provinciarum taxatione, praxis Episcop. d. verbo, in Cathedralicum, §. 2. & soluendi sunt secundum taxam, qua antiquitus solui consueverunt, Bald. conf. 23. vol. 1. quem refert Aloys. Ricc. d. ref. 182. n. 1. Surd. conf. 434. n. 12. Ego ipse d. alleg. 86. n. 43.
- Vi in Ecclesiis, seu Capellis tua dicæsanæ.**] Notatur ad hoc quod ius Cathedralicum à qualibet Ecclesia totius dicæsis, præterquam à Monasteriis, soluendum est, praxis Episcop. d. verbo, in Cathedralicum, §. 3.
- Quartam decimationem.**] Ex hoc texti in citatis verbis colligunt Doctores quartam decimationum Episcopis deberi ex omnibus decimis Ecclesiistarum Parochialium suorum Episcopatum fine villo onere fabricæ, praxis Episcop. p. 1. verbo, decime, §. 10. Soar. de relig. tom. 1. lib. 1. de diuino cultu, c. 28. n. 9. Tyndar. de decimis, n. 71. Moneta eod. tract. c. 7 q. 2. art. 14. in fine. Et in hac quarta decimationum de iure communis.

ni Episcopi fundatam habent intentionem, Rebuff. de decimis, q. 3. n. 14 & q. 7. n. 11. Moneta d. loco, Seraph. deci. 1449. n. 4 & censuit scep. Rota à me ipso citata d. alleg. 86. n. 34.

Visitationem queque annuam.] Notatur ad hoc quod visitatio est actus ad iurisdictionem pertinens, ut per Paulin. de visit. p. 1. q. 1. n. 8. Rot. deci. 19. n. 2. p. divers. & apud Seraphin. deci. 475. n. 1. & deci. 615. n. 2. & deci. 1008. n. 4. & apud Mant. deci. 322. n. 14. & apud S. mem. Greg. X. V. dec. 4. n. 4. & deci. 304. n. 2. & inter rec. nt. deci. 168. n. 2. & deci. 346. & deci. 394. n. 4. p. 1. Burat. dec. 504. n. 1. Rot. in Pampilon. iuris visitandi 15. Decembr. 1623. coram R. P. D. Merlino. Visitare quidam teneant Episcopos, & in visitationibus quomodo procedere debeat, dixi ego ipse d. p. 1. alleg. 73. Et quando ius habeat visitandi exemptos, alleg. 74.

Procurationis nomine.] Procuratio Episcopis quando debetur, dixi d. p. 1. alleg. 73. n. 45. cum seqq. vbi etiam à quibus non debetur.

Præter moderatum auxilium.] De charitatino subfido qui scriperim, & qui illud possint exigere, & ob quas causas, & à quibus exigi possit, latè dixi d. p. 3. alleg. 97. per totam.

In gloss. *nus solidos sibi, quæ antiquitus.* Notatur ad hoc quod Episcopo Cathedralico, seu synodatico quantitas sibi taxata debet solvi secundum valorem antiquæ monetae, non autem eius, quæ currit tempore solutionis. Surd. d. concl. 454. n. 12. Nam tempus circa valorem solidi, seu auræ inspicieundus est, quando statutum, seu consuetudo inducta est. Steph. Gratian. discept. forens. c. 51. n. 5. Ad illam verò questionem, iuxta quod tempus monetae valor inspicieundus sit, contractus ne an solutionis, vide Bud. tr. de monetis, & re nummaria, lib. 1. c. 2. cum duabus seqq. Viu. tom. 1. commun. op. mon. lib. 4. tit. 2. n. 162. pag. 463. & n. 167. & 170. Surd. conf. 335. & conf. 368. & conf. 406. & conf. 438. Canalc. deci. 10. de contrahit. b. p. 2. Tiraq. de retractu liq. §. 1. gloss. 18. n. 26. cum seqq. Paul. Busch. de annuis redditibus lib. 2. c. 6. Frider. Mart. eod. tract. cap. 5. Gasp. Roderic. eod. tract. lib. 2. q. 15. n. 9. 1. Fachin. contratu. iuris, lib. 2. c. 9. & 10. Baptista Costa de factis scientiis, & ignor. cent. 1. disc. 6. 3. Stephan. Gratian. disc. forens. c. 5. n. 6. cum seqq. Paul. Comitol. respons. moralium, lib. 3. q. 44. n. 7. Aloys. Ricc. in collect. deci. p. 4. collect. 302.

In gloss. *Specificares.* Notatur ad hoc quod nemo teneret soluere iura Episcopalia, nisi quæ à iure expressa sunt, ut per Azeued. l. 2. n. 3. tit. 1. lib. 2. zona recop. pag. 136.

In gloss. *Annuæ.* Notatur ad hoc quod toties possunt locorum Ordinarij visitare, quoties aut necessaria causa, aut recepta consuetudo postulauerit, aut speciale privilegium id requirat, ut per Boët. deci. 131. n. 11. Azor. instit. moral. p. 2. tit. 3. c. 41. q. 5.

S V M M A R I V M.

- 1 *Sententia late super lege dicæsanæ non praeditas* iis, que sunt de lege iurisdictionis.
- 2 *Lex dicæsanæ, & lex iurisdictionis que, remissiæ.*
- 3 *Sententia stricte debet interpretari.*
- 4 *Monasteria sunt excepta à lege dicæsanæ, non ve-* rò à lege iurisdictionis.
- 5 *Monachi recipiunt ab Episcopo Chriſma, &c.*

C A P.

De Officio Iud. Ordin. Tit. XXXI. 279

C A P. Dilectus X VIII.

Sententia lata super lege dioecesana non praediudi-
cat iis, quae sunt de lege iurisdictionis. Colligunt
ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan.
Andr. Anan. Butr. Imol. Felin. Panorm. Innoc. Hoff.
Anchar. Viu. in ration. lib. primi iur. Pontif. pag. 445.
Alagona in compend. iuris Canonici. pag. 151. remissiu
Ximen. in concord. p. 1.

Legem dioecesana, &c. legem iurisdictionis.] Quae
sit lex dioecesana, & lex iurisdictionis, vide Bertachin.
in tract. de Episcopo, lib. 4. p. 2. n. 80. proxim Episcop.
p. 2. verbo, iura Episcopalia, Henric. Bortæ. in tract.
Synodo, p. 1. n. 6. cum seqq. Cuch. Instr. iuriu Canon.
lib. 1. tit. 12. verbo, iura, optimè Erasm. à Cochier. de
iurisd. Ordinarij in exemplis, p. 1. q. 15. per totam, Henric.
in sum. lib. 1. c. 34. s. 2. Dan. Venator. in analysis me-
thodica iuriu Pontif. lib. 1. tit. 1. axiom. 1. Azor. instit.
moral. p. 2. lib. 3. c. 32. q. 2. Fr. Erasm. q. Regul. tom. 2. q. 6. 3.
art. 2. & testigi de officio, & potestate Episcopi, p. 1. tit. 1.
c. 1. n. 15. Sebaut. Cœl. in relect. de Ecclesiastica hierarch.
p. 1. diff. 6. 8. ult. n. 27.

Sententia non obstante.] Notatur ad hoc quod senten-
tia strictè debet interpretari, ut per Aym. de anti-
quit. temporum, p. 4. n. 64. pag. 142. Aloys. Ricci. in collect.
decis. p. 5. collect. 2006. vbi tripliciter limitat. Salgado
de potest. Regia. p. 4. c. 9. n. 97. Abb. conf. 7. in fine vol. 1.
Aym. conf. 188. n. 8. Ruin. conf. 29. n. 7. vol. 5. Menoch.
conf. 110. n. 35. Est enim sententia stricti juris, l. Paulus ff de re iudic. 1. C. si plures un. sent. Aym. conf. 188.
n. 6. Vincent. de Franch. decis. 172. n. 8. quia illa tantum
disponit, quantum loquitur. Dec. in I. ius nostrum, n. 11.
ff. de regul. iuriu. Menoch. conf. 8. n. 39. & conf. 51. n. 15.
Gozadin. conf. 50. num. 12. Cepol. conf. 57. Crauet.
conf. 188. n. 6. Nec ultra extenditur quam importet
verborum sonus. Alex. conf. 108. p. 2. vol. 5. Nec ex ea
plus probatur quam ex ea necessariò infertur. Alex.
conf. 8. 4. In causa, n. 13. lib. 3. Anchar. conf. 4. 37. Ita sen-
tentia, in fin. nec aliud continere dicitur quam quod
necessariò infertur ex ea, Alex. conf. 1. 4. Diffrusis,
n. 7. lib. 4. Castr. conf. 44. n. 5. in fin. verba ideo sunt strictè
accipienda. Roland. à Valle conf. 7. 9. num. 10. cum seqq.
lib. 3. Crauet. conf. 188. n. 6. Decian. conf. 8. n. 108. lib. 1.
Menoch. conf. 110. n. 13. cum seqq. Vnde ex sententia
non deberi summi interpretationem, nisi quod ex eius
verbis necessariò infertur, tenuerunt Marilian. Iamua
dec. 7. 8. Franchis decis. 118. p. 1. & ideo non extenditur
de persona ad personam scilicet de expressis in ea ad
non expressis. Roland. à Valle conf. 34. n. 7. lib. 4. Ro-
man. conf. 40. 3. à n. 4. Menoch. conf. 110. ex n. 20. Card.
Tusch. præc. concil. tom. 3. litt. S. Concl. 1. 26. n. 6. 1. Salgado
de protest. Regia. tom. 1. p. 4. c. 8. n. 3. Et hinc est ut senten-
tia quis condemnatus est ad fructum percep-
torum restitucionem, non trahitur ad illos, qui per-
cipi potuerunt. Roland. à Valle conf. 7. 6. n. 23. cum seq.
lib. 4. Salgado d. p. 4. c. 9. n. 99. Verum extenditur ad
augmentum. Tiraquel. de retractu lib. 5. 1. glos. 8. n. 53.
Mieres de maior. p. 1. q. 10. n. 20. in nouiss. imp. & exten-
datur ad connexa, pertinentia, & alhærentia. Hippol. in
rubr. de fidei. f. n. 18. cum seqg. Mari. Giurba decis. 108.
sub num. 9. cum aliis citatis per Salgado d. p. 4. c. 10. ex
num. 113.

In glos. De lege, ibi, exempta sunt à lege dioecesana.
Notatur ad hoc quod monasteria sunt exempta à le-
ge dioecesana, non vero à lege iurisdictionis, Ber-
tachin. in tract. de Episcopo, lib. 4. p. 2. q. 35. n. 80. Erasm. à
Cochier. d. p. 1. q. 16.

Tom. I.

In ead. glos. ibi, sed omnia Monasteria sua in dioecesi
confusa subsum. Episcopis, &c. quia Monachi reci-
piunt ab Episcopo Christma, oleum consecrationis,
altarium Ordinationes, ac ordinem psallendi. Fr. Em-
man. d. q. 7. 3. art. 3. in princ.

S V M M A R I V M.

- 1 Rescriptum Papæ datum Episcopo ut corrigat cleri-
cos sua dioecesis, non dat iurisdictionem super
exemptos.
- 2 Exempti causa commissa Ordinario, illius iurisdiction
an censeatur excitata, vel delegata, remissione.
- 3 Verba, in tua dioecesi, & de tua dioecesi, in quo dif-
ferant, ostenduntur.
- 4 Ordinarij in exemplum, quamvis negligenter, nul-
lam iurisdictionem exercere potest.
- 5 Beneficiorum appellatione non veniant beneficia
exempta.
- 6 Legatus non habet iurisdictionem in exemptis, nisi in
eos speciali commissione illi fuerint legata.

C A P. Graue. X IX.

Gregor. IX.

PEr rescriptum quo Papa mandat Ordinario, vt
corrigat clericos sua dioecesis, non datu*re* ei iuris-
dictione super exemptos. Colligunt ex ordin. Abb.
antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc.
Ahan. Butr. Imol. Bald. Panorm. Felin. Anchar. Hoff.
Viuian. in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 446. Ala-
goria in compend. iur. Canon. pag. 158. remissiu Ximen.
in concord. part. 2.

Occasione literarum, &c.] Solet hic disputari que-
stio illa, an commissa Ordinaria causa exempti, illius
iurisdictione censeatur excitata, vel delegata, de qua
aliqua dixi ad cap. licet in corrigendis, sup. hoc tit.

In tua dioecesi existentes.] Aduerte maximam diffe-
rentiam esse constitutandam inter has enuntiationes,
de Ecclesiis in tua dioecesi, & de tua dioecesi, quia in
priori comprehenduntur exempta, in posteriori neu-
tiquam, quippe quod beneficia exempta sunt qui-
dem in dioecesi, sed non de dioecesi Episcopi, Abb.
hic n. i. Petr. Brixien. in repres. verb. exemptio, verba, an per
mandatum, Anton. de Roellis tr. de indulgent. n. 315.
Erasm. à Cochier d p. 1. q. 5. n. 23. & q. 6. 4. n. 3.

In gloss. Corrigere Notatur ad hoc quod non potest
per Ordinarij exerceri aliqua iurisdictione in exem-
ptum, & suam Ecclesiam, quamvis Abbas exemptus
esset negligens, quia eius negligentiā Episcopus
non potest corriger, vt per Steph. Gratian. discept.
forens. c. 154. n. 42. cum seqq. dispositione enim gene-
rali, seu appellatione clericorum non venient, aut
comprehenduntur exempti. Petr. Brixien. in repres. verb.
clericis, Erasm. à Cochier de iurisdictione Ordinarij in
exemptis, p. 1. q. 5. n. 5. Sic etiam appellatione benefi-
ciorum non venient beneficia exempta. Doct. per
text. ibi in cap. si proper, de rescript. in 6. Rota decis. 2. de
privilegiis in antiquis. Sicut quoque nec appellatione bene-
ficiorum dioecesis, Felin. hic. n. 2. Schol. de benef. p. 1.
q. 3. n. 21. Vnde idem Felin. hic. n. 3. reprehendit Abb.
centem simpliciter Papa delegatam habere iuris-
dictionem in exemptis, cuius resolutio vera non est
nisi iurisdictione in exemptis speciali commissione illi
fuerit delegata, post Specul. & Roman. tenet Cochier
d. tract. p. 2. q. 2. n. 15. & 17.

A a 2 S V M M A

S V M M A R I V M .

- 1 Ordinarius cui competit absoluere ab excommunicazione, potest alii absolutionem demandare. & n. 2.
 3 Concordatus text. in praesenti, cum cap. vlt. §. caterium, de officio delegat.
 4 Episcopus potest eos casus delegare, qui secundum ius Pontifici reseruantur, & solum sibi competunt ratione imminentis necessitatis.
 5 Scholasticus si verberauerit clericum, potest ab illa manu ipse in studio a suo Conseruatorre Apst. absolvi.

C A P . His , quibus, X X , & fin.

Ordinarius, qui ex officio potest absoluere excommunicatos, v.g. ob perditionem clericorum, potest alii committire talem absolutionem. Colligit ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Joan. Andr. Bellon. Innoc. Henric. Host. Panor. Imol. Anan. Burr. Bald. Felin. Viu. in ratione prim. libr. inv. Pont. pag. 447 Alagon. in compend. iur. Canon pag 158. remissio Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 7.

- 2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt. Cou. var. lib. 3. c. 20. n. 5. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 5. 4. num. 43. Morla in emporio iuris Civilis, p. 1. tit. 2. q. 27. n. 32. D. Barbo in I. cum prator. §. 1. n. 5. 26 ff. de iudicio optimo prax. Episcop. p. 1. verbo. Penitentia rim. §. 4. & verbo delegatus, §. 9. aduertens text. in praesenti. intelligendum esse quando absoluere, vel quid simile committitur Ordinario ex officio suo, vel quid ex delegatione, quia tunc illud potest alteri delegare: text. verbo in c. 1. §. caterium, sup. de officio deleg. agere de illo, cui per delegationem commissum est nudum ministerium, is enim non potest alteri hoc delegare, ita agit text. in d. §. cateram, de eo delegato, cui nudum tantum ministerium absolucionis commissum est, hoc est, absoluere remota ab omni iurisdictione, quia scilicet delegans omnem praemissi causae cognitionem, solumque nudum absolucionis ministerium commisit, patet ex litera ibi, nam non sibi iurisdictione, sed ceterum ministerium, &c. eo enim casu talum delatum subdelegare non posse tam absolutionem, quam alia ministeria, de quibus ibi, merito pro regula receptum est. Priuilegium enim iure concessum delegatis a Principe vi possunt subdelegare, in his tantum procedit, quibus iurisdictione commissa est, l. à indice C. de iudicis, ibi, index datum, cap. Paforalis, in princ. ibi, iurisdictione dandi indicem, de officio de legatis, ac subinde ad eos non debet extendi, quibus non iurisdictione, sed nudum tantum ministerium committitur. Per contrarium vero text. in praesenti agit de Ordinariis, quibus potest absoluendi cum iurisdictione, & ex proprio officio competit, ut suadet rubrica, & patet ibi, quibus ex officio; attento enim iure semota reservatione competit iure magistratus Episcopis facultas absoluendi a censuris per quoque Canones latissimamente text. in cap. mper., de sententia excom. unde semota reservatione res reducitur ad antiquum ius, & ipsis Ordinariis suo iure talis facultas competere censetur, ex reg. text. in cap. ab exordio 15. dist. & in cap. si unus §. paetus, ff. de paetus, quo pacto ita haec iura conciliat glo. hic communiter recepta secundum Nau. in man. cap. 27. num. 45. Vgl. de censur. tab. 1. cap. 4. §. 4. num. 3. Con. lib. 3. var c. 20. n. 5. Quod si replicet text. in praesenti agere de absolutione ab excommunicatione propter manus vi-

Ientas in clericum, qua soli Pontifici noscitur referenda in c. si quis suadente, 17 q. 4. ac subinde in quibus casibus absoluere a iure conceditur Episcopo, videri ipsum delegatum à lege, & per consequens non posse subdelegare, iuxta reg. l. 1. in princ. ff. de offic. eius & que latè explicant Alciat. Bellon. & alijs, quos refert Alphan. collect. 174. Respondetur quod quando lex Canonica aliquibus casibus concedit Episcopis potestrem absoluendi ab excommunicatione referendas, adhuc ipsi ordinariam suam, non vero delegatam exercent potestatem; cum enim iure communis possint absoluere ab omni censura iuris non referenda, c. mper. verbo in secundo de sent. excom. sublata reservatione regreduntur ad suam ordinariam potestatam, qua per reservationem erat impedita, atque ita non nouam delegatam potestatam, sed antiquam, & ordinariam ex officio suo dicuntur exercere, ut expressit text. in presenti, & deducitur ex reg. text. in c. cum aliis quibus, verbo vero, de reser. prius lib. 6.

In glo. Casibus. Notatur ad hoc quod Episcopus & potest eos casus delegare, qui secundum ius Pontifici reseruantur, & solum sibi competunt ratione imminentis necessitatis, ut per Sanch. de matrim. lib. 2. di. p. 40. n. 14.

In ead. gl. ibi, qui ex privilegio absolvit excommunicatos, in studio Bononiensi, commorante. Notatur ad hoc quod si Scholasticus verberauerit clericum, potest ab illa manu ipse in studiō in studio a suo Confermatore Apost. absolvi, ut per Rebus. de priuilegiis schol. privileg. 144. vbi citat Corset. dicentem hanc glossam singularem in verbo, absoluere in quest. 55. suis reperiiori.

De Officio Iudicis.

T I T . X X X I I .

S V M M A R I V M .

- 1 Doctores referuntur qui super hanc rubr. scripserunt.
- 2 Index dicitur quasi ius dicens populo, sicut, & indicare quasi ius dicere.
- 3 Iudicare, & ius dicere in quo differant, ostenditur.
- 4 Index in iure generale nomen est comprehendens omnes, & solos illos, qui publica iudicandi, & cognoscendi auctoritate funguntur.
- 5 Iudicare munus publicum est.
- 6 Iudices proprii illi solum erunt, qui publica auctoritate fuerint constituti, non qui priuatorum consenserint electi.
- 7 Arbitrii quomodo iudices appellantur, ostenditur.
- 8 Iudices alii sunt qui iurisdictionem habent, alii quae notio nem.
- 9 Iudices quida sunt qui iurisdictionem habent suuorem, quidam qui alieno beneficio, seu commissione.

 VPER hanc rubr. scripserunt Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania. Panorm. Felin. Zabar. Ioan. de Londris in breuiario. far. et orum Canonum. fol. 165. Guillelmus Durand. in speculo iuris, l. 4. sub hoc tit. & in breuiario iuris Can. fol. 26. verso. Petr. de Ramena in compend. iuris Canonici, Martin. Mefnart. in epiuore Decret. fol. 28. verso, Dan. Venator in analysi method. iur. Canon. à pag. 404. Goffred. & Host. in summa huus tit. Alex. Caflan. & Anast. Germont. in parasitlis ad quinque libr. Decret. Barth. Carthag.